or ꝓspicit vaticanꝰ reliquijs btī Petri. ⁊ eius excelsa basilica. ⁊ romani pontificis palatio qđ Nicolaus papa scđs fundauit ⁊ grāde viridariū muris cinxit. Janiculus regionē ipam totā trāstiberinā excepto vaticano indicat. vaticanū vero pmittꝰ lo. papa quartus muro munivit. ⁊ de suo noie ciuitatis leoninā vocauit. Ea ser portis nūc stantes hz prima in Janiculū dimittēs ab eccia cui subiacet scīspūs nomen accepit Alia est edita in colle ptusa. hec ⁊ pforata vocat. Tertia posterule nomē accepit. Quarta viridario pontificis subiacet viridaria vocat. Quinta iuxta molē hadriani quod nunc castꝝ scti angeli vocat. porta. porta sancti angeli dr. Sexta sub adriani meta ad vibez p pontē ꝓducit ab eneisforibꝰ Enea vocitatur Colles septē rome ab auctoribꝰ describunt dicēte virgilio li. Georgicoꝝ. ij. scz ⁊ rerū facta est pulcherrima roma. Septēqz vna sibi muro circūdedit arces. Quoꝝ noia sunt Capitolinꝰ auentinꝰ. palatinꝰ. Celiꝰ. Exqlinꝰ. viminal ⁊ qrinalis. ⁊ absqz ianiculo ⁊ vaticano septicollis ipa vibs dicebat. Capitolinꝰ mōs dictꝰ cū in eo fundamēta edis iouis foderent caput humanū inuentū est ⁊ añ Tarpeiꝰ a tarpeya virgine vestali dicebat. ⁊ mons saturni a q̄ saturnia tellus. fuit in hac arce capitolij celeberrimū iouis optimi maximi templum ⁊ iunonis monete. ⁊ in eo clāgore anser ⁊ alax strepitu. M. mālius gallos in pciū dedit. huiꝰ totiꝰ arcis ornamēta cūctis miracul' egiptioꝝ erāt anteponēda. qua re aurea capitolia cognominant' et domitiliū deoꝝ. Circa eū locū duo fora iūgebant' boarū ⁊ pistariū. nūc aūt pter laceratas domū a Bonifacio. ir. ruinis sup edificatā pter are celi fim bti fīāciſci eccias in feretrij iouis tēpli fūdamētis extructā. nihil hz is mōs capitolinꝰ. tātis olim edificijs ornatꝰ cū delubra edes sacella ⁊ tēpli vltra. lr. habuerit. Auētinus collis ab aduentu hoim vl a rege auētino albano ibi sepulto dictꝰ fuit. in hꝰ mōte aura herculi ab euādro posita. et iunonis tēplū ⁊ tēpla diane ⁊ miderue ⁊ lucine. fuit sup eodē monte lauretū silua ioui sacrata ⁊ edes libertatis. hz vo nūc his mōs mōasteriū scte Sabine ⁊ aliud scti bonifacij. reliquꝰ mōs aut ruinis aut vineis pter scti Alexij cenobiū qđ mihi vetustissimū ꝓspicit ꝓtectꝰ ē. Palatinꝰ mōs cū palatini aborigies ex agro reatio cū euādro venerūt hoc nomē accepit. Sup hꝰ mōte vt ex cornelio tacito accepimꝰ prio vibs roma edificata fuit ⁊ in eo reges deide ꝓsules postea ipatores maiori ex pte sedē hūerūt. Hūit ⁊ edes vani bucis Liniꝰ qz in qt mēz magnā dēū a grecia aduectā i edē victorie q̄ est in palatio ptulere. Fuit ⁊ i palatio teste plinio phanū febri dicatū. Et tēplū diui Augusti deide icēdio ꝓsūptū C. caligula sup tēplū hꝰ pōte trāsmisso palaciū capitoliūqz cōiūxit. Cuiꝰ ⁊ reliq̄as dq̄sā adhuc ꝓspicere libet Jdē cesar Augūstꝰ tēplū appollinis i ea pte excitauit Addidit portic⁹ cū bibliotheca latia greca qz. q̄ i loco iā senior sepe senatū hūit. Jd edificiū admirādis opibꝰ ornatū erat. cōplaqz a mīris extrūcta sūt. Nūc pter scti Nicolai eccias a calixto papa edificatā q̄ etiā male integra cernit. mullū is celeberrimꝰ mōs hz edificiū. qlis ät ⁊ q̄ntꝰ oli fuerit ea edificioꝝ moles idicāt ruine iter ceteras vibis ꝓspicēde. cū itaqz tres illos mōtes q̄ pmi ⁊ soli i pma vibe a romulo ꝓpēsi fuerīt seclusis ruinis videri poterit ea nuditas quā roma nō dū ꝓdita hūerit Fuit ät in ea pte pallacij quā septētrionē vsus i triūphalem Cōstātini ipatoris aram vgēcē videmꝰ locꝰ palladij eꝰ isignes ertāt rude binas hītes er marmore portas eo i muroꝝ ābitu eccia scī andree ꝺ pallara ꝓclusit Ceteras ptes alto circūdatas muro vinea iplet Celiꝰ mōs a celio iubēnio duce (q̄ romulo auxilio venit ꝑ latinū) nomen assumpsit. ⁊ fuit vbi addit⁹ q̄ ipe Tullꝰ hostilij albā euertit. ⁊ postea ibi hitauit ⁊ curiā fecit q̄ hostilia appellata ē. Jn eo mōte vespasianus tēplū diui claudij edificauit fuerunt in eo phanni veneris ⁊ cupidis. aliorūqz deoꝝ edes Are ⁊ tēpla. Et macellū magnū Antꝝ ciclopis lupanaria cohortes q̄nqz vigilū. castra pegria ⁊ armētariū. medio in eiꝰ dorso hie aqductꝰ sūptuosissimi opis ꝓspiciūt. Nūc eccljs ipianis mōs ē ornatꝰ in ea pte ad palatiū montē vgēs monasteriū ē bti gregorij i paternis edibꝰ ab eo edificatū Jnde sctoꝝ Johis ⁊ pauli eccia. Est qz i eo hospitale saluatoris ⁊ eccia scē marie in dñica Alteraqz eccia scti Steffani rotūda ꝺ ipso mōte celio ꝓgnomē hūs. Ea in fauni ede prius fūdata fuit. Simplicꝰ papa eā ornauit. Cernit nūc iteq̄ ad eiꝰ mōtis sinistra sctoꝝ q̄tuor coronatoꝝ eccia Sciqz erasmi mōasteriū. Proximū noui opis i mōte celio ē renodochiū lateranēse. Jn extremo eiusdē mōtis iā est basilica lateranēsis sic cognomiata. qz in lateranēsiū nobilissime gētī edibꝰ extructa fuit. hec venerabilis eccia capita apl'oꝝ seruat ceteraqz sanctimonia. ediumqz superbissima structura toto orbe celeberrima esse dicitur a Constātino data beato. silvestro constantino basilica

appellata. Ea sicut romanor pōtificū prima ria est sedes sic ab eis plurimū olim habitata fuit Nunc vero palacia quibus circūdata fuit basilica maiori er pte corruerāt Visitat quoq; in celo monte porta maior nevia dicta ⁊ amphiteatrū semidirutū. qđ statilij thauri maioris nostri appellauere. Et alia basilica sctē crucis in hierusalem ab Helena cōstantini matre cōstructa. Eo loco vbi tēpla erant veneris ⁊ cupidinis cōiunctūq; est monasteriū qđ cartusiēsibus nunc incolitur. Erquilini montis omnium maxemus varro longā posuit expositionē ab exrubijs regis Tullij dictus. Erquilie enim montes duo habiti. Celebrior ps a foro Trayani ⁊ turrib⁹ quas comitū ⁊ militie appellāt. incipiēs p montē cui caballo nūc nomen est. ⁊ ad termas vsq; diocletianas protendit. Et in portā erquilinā que iam sancti Laurentij nominat desinit Altera ps collis via intersecatur que patricij vicus dicit. Et sup hac pte ecclia ē celebertima sctē marie maioris dirimit a celio monte p viam que porta Nevio vsq; ad amphitheatrū qđ collossium vocam⁹ reducitur. Ferūt in erquilijs edificia q̄ plurima ⁊ admiranda. Et primo a turri militarū ascendendo cernunt ruine termaz Cōstantini. ⁊ ingētes seminudoz senū marmoree statue. Abinde pene cōtiguo loco conspiciunt Caballi marmorei i gentes cū viris seminudis lora tenentibus miro artificio cōpacti quoz vnus opus praxitelis. Alter phidie latinis litteris inscribit. Inde non longe sunt diocletiani terme edificiū pulcherrimū ⁊ admirandū ⁊ alie terme claroz viroz. Fuit in eodē colle maccellum ⁊ ibi cōspicitur ecclia sancti viti cui cōtiguus est arcus triū phalis galieni. multeq; ecclesie in eo extant. ⁊ alia innumerabilia. Viminalis celijs a Jove viminio cui⁹ ibi are sunt. Et si p'la in eo fuerūt edificia. nil tū certū repit q̄ tres speciosissimas in illo toti⁹ vrbis domos fuisse. M. Crassi. Q. Catulli. C. aquileij equitatis romani. Fuerūt in illo fm aliquos Salustiani horti q̄z reliq̄as obstupēdas designāt. a porta viminali in collinam ⁊ ad sctām vsq; susannaz extendi putant Quirinalis collis a quirini phano edē fortune primogenie habuit. Varro aūt ob paruitatē colles ⁊ non montes appellat. Hos duos colles scribit livius Serviū regem addidisse cū amplificande verbi animū adiecisset. inibiq; vt loco dignitas fieret habitasse Aggeris fossa ⁊ muro circumdedisse vrbem. Clauditur Roma ab oriēte aggere tarquinij inter prima opera mirabilia. Nam cum muris equavit quam marime patebat adito plano. estq; is tumul⁹ quem nunc sancte Marie in populo supereminentem ad princiani vsq; pallacij fundamenta protendi videmus. Campus marcius sic describitur a livio ager tarquiniorum qui inter vrbem ⁊ tyberim fuit campum marciūm direxerunt cum eo tempore vrbs ad capitoliuz aut parum citra finiretur. Et virginea aqua per quirinalis colli cauernas campum olim marcium direxerunt cum eo tempore vrbs ad capitolium aut parum citra finiretur. et virginea aq̄ per quirinalis colli cauernas campum olim marcium qui nunc triuij regio dicitur illabit hec sola aqua ex exteris iam romam ingredis. Habuit campus marcius edificia olim admiranda quorum parumle ruine adhuc restant. Et adhuc ecclesia conspicitur que sancte Marie in curia vocitatur. Erat ⁊ templum Jfidis. conspicitur adhuc columna rerum gestarum elaborata. Juxta hanc quandoq; Comitia fiebant. Fuerunt ⁊ in vrbe duodecim terme. ⁊ aqueductus mirabiles. Hi sunt arcus altissimi subleuati. Arcus quoq; triūphales fuisse q̄plurimos ⁊ legimus ⁊ conspicimus quosdam tamen dirutos. quosdam ruinis coopertus. quosdam nouis edificiolis ab aspectu hominum semotos. Cernunturq; diuersorum edificiorum spectande insignes q̄z ruine. ideo cū his rome descriptionem relinquimus.

Oblectat me roma tuas spectare ruinas. Et cuius lapsū gloria prisca patet. Sed tuus hic populus muris defossa vetustis. Calcis in obseq̄um marmore dura coquit. Impia trecentuz si sic gens egerit ānos. Nullū h̄ iudicium nobilitatis erit.

Genua liguriuz domina ⁊ regina. quaz etiam Januam decimus ytalie vrbes celebres clarissimaq; in ligustici maris littore a quodam Genuo Saturni regis filio conditam et cognominatam dicunt. Alij autem vt Paulus perusinus hystoricus a genuino phetontis socio ob nauseam maris in littore relicto cum parte nauium custode. qui iunctus accolis loci siluestribus hominib⁹ oppidum condidit. ⁊ genuam ex suo nomine nūcupauit. Alij quoq; a iano ytaloū rege ⁊ post troyanam cladem ampliatam vbi Jani bifrontis ydolum primo coli ceptum est cuius sigilli inscriptio sic haberi dicit. Giffus vt has

angit. sic hos iamua frangit. Quidam tamen ante belli punici tempora nullam eius vrbis mentionem haberi dicunt. Liuius autem eius incrementum habuisse dicit Lucretio prorogatum imperium vt gemuaz oppidum a magone peno destructum eredificaret. Postqz tempora Liguribus genuensibusqz amicicioubus vsi fuerunt · quibus quum magne copie variaqz bello vsui futura mitterentur. maxime oportuna fuisse videtur genua loci natura tuc etiam portuosa. Eam Karolus magnus imperator Pipinusqz filius rex ytalie z successores franci reges per annos circiter centum summa cum iusticia z humanitate sicuti z ceteras ytalie vrbes gubernarunt ducibus illi administrande. qui comites appellarentur prefecti Hec plane ciuitas totius ligustici sinus emporium est. Que a quadringentis annis citra (cuz ante haud magnum oppidum fuerit) maximum habuit incrementum. Vnde z ingentes nacta vires z portu edibusqz superbissimis ac reliquis in omni genere ornamentis nunc vsqz preter venetias ceteras ytalie maritimas vrbes superat. Queqz z naualis belli peritia adeo excelluit vt annos multos maris imperio potiretur z piratarum abstulerit latrocinia. Post karolum vero magnum z filios plurimam ciuitu sustinuit tyrannidem. propter quod z peregrinos dominos sibi superinducere aliquando necesse habuit que ciuilibus agitata discordijs memoria nostra imperium maris amisit eius enim creberimas mutationes z oriens simul z occidens admiratur que sic auxilio z consilio destituta imperiuz eius longe lateqz diffusum pene exhaustum est. Peram enim vrbem Constantinopoli oppositam. mitilenam insulam. Famagustam vrbem totius cipre insule columen. Chium insulam. aliasqz grecanicasqz vrbes plurimas a thurcis alijsqz gentib⁹ ablatas deperdidit vel tributarias fecit. Caphaeciam eius coloniaz in thauricu Chereneso nō procul a bosphoro cymerico amisit. Ornatur autem hec ciuitas Genua maxime cineribus precursoris domini nostri · Et cathino quodā Smaragdino inpreciabili quem tradunt illi fuisse in quo dominus noster Jesus christus agnum pascalez in cena domini. cum apostolis suis comedit.

Genua



Tales

TAles philosophus Asianus e septem grecie sapientibus primus. his temporibus athenis claruit hic enim sapiens appellatus ē secundum quem ⁊ septem sapientes vocati sunt. Fuit autez conscriptus civis mileti. Ideo Chales milesius appellatus est. Scripsit autem de conversione et equinoctio. Et primus inter philosophos dicitur ō Astrologia tractasse. necnon ⁊ solares eclipses ⁊ versiones predixit ab Egyptijs geometriam didicit. In politicis vero optime est consiliatus. Aiunt enim coniuge eum caruisse. ⁊ interrogatus cur non duceret dixit. ob filiorum amorem. hic principium omnium aquaz posuit. mundumqz animatum dixit ⁊ demonib⁹ plenum. Tempora quoqz anni fertur inuenisse ⁊ in trecentos seragintaquinqz dies diuisisse. Scripsit autem de astronomia multa que in ducentis carminibus comprehendit. Tabulaz auream sive mensam a piscatoribus casu inuentam altercatio suborta cuius esset appollinem delphicum adierunt vt indicaret cui danda esset. Appollo respondit illi esse dandam. q̄ sapientia ceteros precemineret. his auditis Taleti philosopho data est. Ille eam dedit Bianti. Bias Pithaco. ¶ Ad vltimum ad Solonem peruenit. qui ⁊ titulus amplissime prudentie ⁊ etiam premium ipsam scilicet mensaz auream ad appollinem transtulit. Hic tales pauper erat. vacans philosophie studijs acquisitioni pecunie intendere non valebat. Item fructuum ⁊ olei vbertatem per astronomiam futuri anni nouit. Ferturqz de ipsō q̄ dum nocte quadam duceretur extra domum a vetula vt astra consideraret. incidit in foueam. eoqz lugente. dixit vetula. tu quidam o Tales que ante pedes sunt videre nequis. quomodo que in celis sunt posses cognoscere. objit autem anno etatis sue septuagesimo octauo.

Solon

SOlon iste philosophus Athenien sis secundus de septem sapientibus athenis floruit Athenienſibus leges optimas condidit quas postmodum Romani ab eisdem acceperunt. multaqz beneficia eis contulit. ⁊ multo tē pore eis sua prudentia a seruitute ⁊ tyrannide liberauit. ⁊ tandem fortuna mutata profug⁹ in Egyptum se transtulit. hic dum senex esset pisistrato tyranno Athenas occupare volenti toto conatu restitit multis ex ciuibus consentientibus pisistrato. Interrogatus autem qua spe fretus vt tam audacter resisteret. ait senecute. Hic etiam solon dixit. boni ⁊ virtuosi viri apud tyrānos equiperantur calculis rationum vnusquisqz plura quandoqz pauciora signat. Ac sic in conspectu tyranni quandoqz magni dicuntur ⁊ clari quandoqz autez ⁊ honore carentes. ¶ Interrogatus etiam a Creso rege lidorum quis ei felix esse videretur ait. Trihaianus Athenienſis ⁊ cleobis ⁊ Bico ignoti ⁊ homines quorum fama latet. Cresus autem rex omans se omnimode regisqz fastu sedens in solio. interrogauit eum siquidem miri melioris vidisset respōdit Gallos phasianos ⁊ pauones naturali enim colore ⁊ flore decorati sunt ⁊ millesies melle meliori. Huic soloni mortuū filiū lugenti. non esse flendū. ait qūdā co q̄ flere nihil prodesset Cui solon eo magis ploro. quo damnum meum irremediabile videam. Interrogatus an vellet q̄ sui de morte eius lugerent ait ad hoc multis conatibus laboraui. vt in morte mea dolore ⁊ lamentis nō careant amicorum. ¶ Ait etiam nemo dicere debere. sed ceteris quibuscunqz intollerabiliores amaritudines sustinere. Inter ceteras autem leges eius ait. Si quis parentes indigentes nō alat ingloriosus est. Filij eorum qui pro re publica obire publice nutriantur ⁊ doceantur. ¶ Item statuit tutorem cum orphanorū matre non habitaret. nec tutoris officium exercere in quem etiam orphanorum defunctorum substantia perueniet. nec sculptori anuli licere tenere signum anuli venditi. ⁊ si vnum oculū habentem quis illo priuauerit. Vicenersa ipse geminis careat. ⁊ q̄ princeps si ebriosus fuerit damnetur nece. ¶ Responsa solonis ad quedam quesita sunt hec. Quid est verbum. ymago operum. quo firmatur silentium tempore ¶ Quid enim est rex. respodetur fortis potestas. Quid autem est lex. respodetur. aranee tela. quia si in eam quis cecid erit quid enim debile retinetur. graue autez pertransit tela recissa.

N.B. pietas erga matrem.

quid verbū. quid rex quid lex

Mortuꝰ in cipro octogenariꝰ tpe sedechie regꝫ

Chilon

Chilō philosophus Lacedemoniꝰ athenis claruit tertius de septem sapientibus grecie qui ob eius profundissimam sapientiam breuiloquus dictus est. Hic iungendo causa societatis missus fuit corinthum. vbi duces ⁊ seniores populi ludentes inuenit in alea. propter quod ifecto negocio reuersus est. dicens se nolle gloriam spartanoꝝ quorum virtus cōstructo bisantio clarescebat hac maculari infamia vt diceretur cum aleatoribus contrariisse societatem. Interrogatus quid est fortuna. Respondit ignarus medicus multos enim excecat. Docebat autem Chilon dominari lingue. ⁊ presertim in conuiuijs. nō esse maledicendum proximis. alioquin audire oportet ea quibus quis tristabitur. Item non esse minandum cuiq̄z. quoniam hoc est muliebre. Cicius ad calamitatem amicorum q̄ ad ꝓsperitatem ire. Humiles nuptias facere. non eē maledicendum mortuo. Senium honorare. Cauere sibijpsi. Dampnum malle q̄z prauum lucrum. Illud enim semel contristabit hoc vsquequaq̄z. non irridere infelicem dominatorē ⁊ fortem mansuetum esse decet. vt eum subditi magis reuereantur q̄z timeant. Ire dominari. non cupere impossibilia. Et claruit tempore Sedechie regis. vixit autem quinquaginta sex annis.

Pitacus

Pitacus Asianus mitilenus illustris philosophꝰ quartus de septem sapientibus grecie non doctrina solum sed etiam in re militari strenuus cum bellum inter athenienses ⁊ Mitilenos instaret. quia ipse mitilensium exercitus ductor erat. pugnare statuit cum firmone Atheniensium duce in singulari certamine ⁊ rhete habens subsecuto furtim circumuolauit firmonem. ⁊ occidens eum saluauit terram. Mitilenses autem ei principatum obtulerunt. quem ipse decennio tenuit. et ideo ad optimum ordinem ciuitate reducta deposuit principatum. ac decem annis alijs superuixit. ⁊ cum oredines esse potuisset sprenuit diuitias. Hic pitacus videns multum vinum in insula mitilen. crescere. volens ebrietati hominum precauere lege publica statuit. vt peccans ebrius dupliciter puniretur. dicebat autē vinum malum ⁊ bonum esse. Malum quidez ex crapula. bonum ex natura. Interrogatus quid optimum. ait ad presens benefacere. quid fidele. terra. quid infidele mare. Vixit autem annis septuaginta. Et claruit tempore Joachim regis inde.

Bias

Bias Asianus primensis philosophus quintus ō septem sapientibus grecie. Hic cum inter primenses ⁊ messanenses instaret bellū ⁊ primensium milites virgines multas massanentium captiuas duxissent confestim bias his visis indoluit. ⁊ puellas captiuas liberans. tanq̄z proprias filias custodiuit induens eas vestibus nouis et singulis dotes tribuens. sub fida custodia remisit ad parentes. inimicis exhibens pietatem. Alio quoq̄z tempore dum Aliatus princeps primensium ciuitatez obsideret sperans primenses fame deficere. bias tali arte defectum intraneum ⁊ victualium palliauit. duas enim mulas seuo impinguatas de ciuitate dimisit vt quasi fortuitu ab hostibus caperentur. quas aliatus cernens putauit illos victualibus copiosis abundare. Misitq̄z ad biantem vt egrederetur ad eum de cōcordia tractaturus. Respondit bias si exirem forsitan primen. cepas ederent. Vnde tu magis intromitte legatum. tumuit enim ne ab hostibus captus flere faceret primenses. Tunq̄z legati aliati ingredentur vrbem. Bias acerui arene spargens ⁊ diffundens desuper triticum ostendit legato. Quod enim audiens Aliatus reconciliatione facta recessit. ⁊ sic fuit ciuitas per biantis prudentiam liberata. Alio vero tē pore (vt Valerius narrat) cum terram eius fortuna mutata hostes inuaderent. Et etiam qui eūadere hostes potuerunt. cum eīs pacio

sarum rerum suarum pondere onusti figerẽt. nihil ipse de his deferens fugit Interrogatus aũt cur nihil de bonis suis secum ferret ait. omnia bona mea mecum porto. pectore enim illa gestabat nõ visenda oculis sed animo estimãda. que domicilio mentis inclusa erant. interrogatus quid sit dulce homini ait. proprium. Claruit tempore Sedechie regis ⁊ scripsit utilia multa. Eo mortuo primenses ci templum dicarunt.

Cleobolus

Cleobolus philosophus Lindius sertus de septem sapientibus grecie claruit tempore Zedechie regis iude. Cuius filia Cleobola inuentrix enigmatũ fuit. Huius enigma fuit vnus pater. filij duodecim horum cuilibet nati sunt triginta diffomes. nam quidam horum albi visi. q̃dam vero nigri. immortales autem cum sint corrumpuntur omnes ⁊ deficiunt. Est autem annus duodecim mensium pater ⁊c. Celebres sententie eius sunt hee. Amico benefac vt amicior fit. Inimicum vero amicus facere studе. Magis enim amicorum inuidiam q̃ inimicorum insidias cauere debemus. Illud enim apertum est. hoc autem celatum malum. nocendiq; frans que non speratur potentior est. Quãto plus licet tanto minus libeat vrorem er paribus ducere. Naz si er maioribus duxeris dominos habebis cognatos. non irrideas exprobatos nam fies odiosus his. Prosperat⁹ ne superbias. ⁊ depauperatus ne desperaris. Mutationes fortune viriliter scito ferre. Scripsit autem de enigmatibus questiones trium milium carminum. Obijt vero completis annis vite sue. lxx.

Periander

Periander Corinthius philosophꝰ e septem sapientibus philosophis septimus hac tempestate floruit. scripsit dogmata vtilia in duobus milibus versuum. Sententie eius hee sunt celebriores. volentes secure tyrannos fieri. oportet beniuolentia fulciri non armis. amicis felicibus ⁊ infelicibus idem sis. Quodcunq; promittis obserua. Claruit autem periãder tempore Sedechie regis Jude. Mortuus est ferme octogenarius.

Anatharsis

Anatharsis philosophus scita genere. Hic licet magnus ⁊ audax in rebus bellicis strenuꝰ esset. vt in doctrina grecorum moribusq; proficeret iuit Athenas. et ad Solonis sapientissimi domũm profectus. nunciari soloni fecit q̃ venisset ad eum. Anatharsis scita cupiens eum videre ⁊ eius amicus fieri si effici posset. Solonis autem responsum fuit. q̃ in propriis patriis concilianter amici. Cui mandauit. Anatharsis dicens. nũc ipse in patria sum. ideoq; licet mihi amicos conciliare. Solon vero in eius promptitudine stupens introduxit eum. ⁊ amicum maximum sibi fecit ⁊ grandis philosophus est effectus per Salomonem. ¶ Huius enim sententie hee sunt. Interrogatus quomodo quis fieri posset nõ amator vini. ait si pre oculis habeat inebriantium se turpitudines. nunq; erit amator vini. Dicebat etiam nauigantes distare a morte ad spissitudinem quattuor digitorum tantum. quia sciebat spissitudinem tãtam esse nauis. Interrogatus que nauium sint tutiores. ait que in terra quiete iacent. Interogatus quid est in hominibus bonum et malũ ait linguã. Interrogatus quid est curia. ait determinatus locus ad decipiendum ⁊ superandum seinuicem. Ait etiam turpe quid ausurus te sine teste time. Ait etiam melius est vnum amicum habere multis dignum. q̃ multos nullius dignos. Post hec autem abyens in scythiam iura moresq; Athenisium in Scitas introducere conabatur voleus patrie profectus afferre. Ob quam causam inuidus frater eius in venatione sagittauit in eum fixit. letale vulnus philosopho infligens. qui moriens ait. Per sapientiam in grecia saluatus sum sed propter inuidiam in patria pereo.

Epimenides

Epimenides phūs dormiūt annis .57.

Epimenides philosophus cretensis hic dum iuuenculus esset missus a patre ad custodiam ouium declinās in quoddam antrum obdormiuit annis septuagintaquinq; surgens autē postea querebat oues putans se parum obdormisse. dum autem nō inueniret, iuit ad agrum ⁊ transmutata omnia videns. ⁊ penes alium possessorē iuit ad castrum hesitans. illic autem propriā domum intrans occurrit scisitantibus indicās quisnam esset. donec minorem fratrem inueniens iam senem factum. totamq; ab eo didicit. rei geste veritatem. notus autem a grecis deo amatissimus esse susceptus est honorifice athenien sibus autem peste detentis ymolando pestem fugauit. dixit etiam. pecunia auaro supplicium est liberali decus. parricidium prodi tori. Vixit autem annis centum septuagintaseptem et scripsit de Genesi ⁊ ortu diuino libros in quinq; milibus versuum. necnon de diuersis naturis rerum libros nouem milium ac ēt gentorum carminum. fundauit autem apud Athenas templum venerandorum deorum. Et solonis sapientissimi tempore claruit.

Symonides

Symonydes poeta per mare nauigans ad littus applicuit. et ibi mortuum corpus humanum inhumatū reperiens sepeliuit. ⁊ cum ipsum sepeliret ab eo admonit⁹ est ne die proxima nauigaret. qui acquiescens monitis interim remansit. ipsa autem die procellis et fluctibus alij autem qui nauigarunt obruti sunt. Huius hec feruntur fuisse sententie. Tutius est tacere q̄ loqui. neminez enim tacendo. multos autem loquendo circūuentos agnouimus. Remedium malorum futura spes est. innocentem non debilitat conscientia in aduersis. Solatium enim est homini non meruisse quod patitur. Fortuna deserit innocentem sepe bona spes nunq; Hic octuagesimum annum habens composuit ⁊ docuit carmina ⁊ gloriabatur se in eorum certamina descendisse etate predicta. Claruit autem Simonides tempore manasses regis iude.

Tobias

Tobias Judeus. propheta sanctissimus ex tribu et ciuitate Neptalim oriundus mitissimi ingenij. ⁊ omnis gratie spiritualis prestans. Quia a Salmanasar Assyriorum rege in captiuitatez ductus hoc tempore pietate ⁊ religione insignis habitus est. Hic cum apud Niniuen constitutus preceptorum patrum suorum nō immemor. egros visitaret ⁊ indigentibus elemosinas preberet. desperatos consolaretur. Cecitatis plaga tentatus est. pro qua etiam omnem eius deperdidit substantiam ac omnium paupertinus efficit. Cuius patientiam cum dominus deus omnipotēs cognouisset statim Raphaelem angelum ad eum misit. Qui eidem visum restituit substantiamq; omnem in duplum multiplicauit. Et cum duos ⁊ centum vixisset annos. predicens interitum Niniue ⁊ instaurationem hierusalem ac templi domini spiritum domino reddidit. Et per filium Tobiam ⁊ nepotes in Niniuen ciuitatem sepelitur.

Linea Christi Amon

Hic Amon (Anno mundi. 3551. fecit malum coram domino ⁊ percussus est a seruis suis obtq; in domo sua propria peremptus eunq; cum patre suo sepelierunt.

Josias

Hosias rex iude. (Anno mundi. 4558.) accepit regnum cum octo esset annorum optime regens. ydolatras persequens. Sacerdotes ad instaurandū templum inducēs. populū ad obseruationem legis ⁊ dei timorem reducens. Ad Azimorum festiuitatez que pascha dicitur eos adduxit ⁊ phase solēniter celebrari facies. Hic danū q; prexit ad

pugnandum contra regem egipti contra volũ tatem domini vulneratus grauiter in hirusalẽ ductus migrauit ad dominũ super cuius mor te Hiere. lamentationes fecit. Cum in omnib⁹ rebus ita gloriosus extitit. vt cum eo iudeorum gloria fere orta simul ⁊ extincta fuerit. Iste io sias adhuc in pueritia quesiuit dominum. Per seueraniteq; vsq; in finẽ adeo religiose conuersa tus est in lege domini q; dicitur non habuisse similem in regibus iuda.

Joathas

Ioathas anno mũ di. 4589. malum fecit coram domi no. ideo tradidit eum domi nus in manus pharaonis nechao regis qui eum capti uum duxit in egyptum. Et eius seniori fratri ⁊ eodẽ pa tre progẽito nomie Eliach im tradidit regnum mutãs ei nomen Joachim

Zaleucus

Zaleucus vir iustis simus leges condi dit ⁊ inter cetera de creuit. vt qui adulterij crimen cõmitteret vtroq; ocu lo priuaret. quod cum filius eius commisisset. iussit ipsum exoculari. Verũ tota ciuitas aliqñdiu ei reluctabatur tandem victus instã tia populi. ne lex a se cõdita violaretur. suo pri us deinde filij oculo eruto vtriusq; vsum viden di reliquit. Sicq; mirabili equitatis temperamẽto. se inter misericordem patrem ⁊ iustum legis latorem partitus est. Discе o christiane quanta diligentia debeas sancti tui precepta custo dire. si sic maluit paganus puniri pro iusta le ge sua q; eam inultam relinquere.

Iechonias cognomento eliachim etiam fuit filius Josie. ⁊ constitutus est rex a pharaone vt daret mulctam centum talenta argenti. Et quia fecit malum coram do mino ascendit contra eum Nabuchodonosor ⁊ factus est ei seruus annis tribus. Postea cum celebraret iterum contra eum ascendit interfe citeq; eum in hierusalem ⁊ proijci fecit corpus eius extra murum.

Joachim cognomento Jeconiae fuit filiꝰ Jeconie feciteq; malum coram do mino. ideo statim ẽ amo tus ne regnaret ⁊ vinctus est translatus in babilonẽ Mansit autem Joachim iste in carcere apud chalde os triginta septem annis. ⁊ filius eiꝰ a vinculis post mortem patris Nabucho donosor soluit.

Linea crsti

Jeconias

Joachim

Sedechias

Sedechias Anno mundi. 4 600. fuit tertius filius Josie vltimus regum iu da ⁊ hierusalem ⁊ malus non audiuit hieremiã pro phetam ideo periit ⁊ ois iuda cum eo ductus in ba bilonez. Erutiq; sunt oculi eius ⁊ occisi filij eiꝰ hec q̃p pe hieremias ⁊ ezechiel pro phetauerãt q; vinctꝰ duce reꝰ ad babiloniã regem. Capto igiꝭ rege vniuersus pplus caldei trucidauerũt et q̃ gladiũ euaserãt ad ser uitiũ chaldei adducti sũt

Tales milesiꝰ vnꝰ de. vij. sapiẽtibꝰ clarus habeꝰ. q̃ post theologos ⁊ poetas sophi dicti sunt. i. sapiẽtes. iste tales pmꝰ potuit pdicere defectũ solis ⁊ lune vt dicit augꝰ. de his folia pcedẽtia gesta ac dicta eorum manifestant

Septẽ sapiẽtes. Tales Solon Chilõ Periandꝰ Cleobulꝰ Bias Pitacus Noia septẽ sapientum grecia cãtat. Partibꝰ ac notos diuersis orbis honorat.

Massilia transalpine gallie ciuitas pmo anno regni Sedechie a Phocẽsibus aduentu profugis condita fuit. Tempo-

ribus enim tarquini regis er asia phocensium iuuentus hostio tyberis inuecta amiciciam cū romanis iunxit. Inde in vltimos gallie sinus nauibus profecta. Massiliam inter ligures ⁊ feras gentes gallorum condiderunt. magnasq; res (siue dum armis se aduersus gallicaz feritatem tuentur. siue dum vltra lacesciunt a q̄bus fuerant ante lacessiti) gesserunt. Namq; phocenses er ignauitate ac macie terre coacti studiosius mare q̄; terras exercuerunt. piscando. mercando plerunq; etiam latrocinio marī (que illis temporibus gloria habebat) vitam tolerabant. Itaq; in ultima oceani ora procedere ausi. in sinum gallicum hostio Rhodani amnis deuenere. Cuius loci amenitate capti reuersi domum referentes que viderant. plures solicitauere duces classis. Furius ⁊ Paranꝰ fuere. Condita igitur Massilia ē ppe hostia rhodani amnis in remoto sinu veluti in angulo maris. hec olim clarissima ciuitas in loco petroso sita. magnitudis eximio extitit. Huic portus subiacet pulcherrimꝰ q̄ aream pugnatissimā loco edito habet. in qua quōdē olim appolinis delphici pulcherrimum templū structū erat Sed ligures incrementis vrbis inuidentes eos assiduis bellis fatigabant. Qui pericula propulsando intantū enituerunt. vt victis hostibus multas colonias cōstituerunt. Ab his igitur galli ⁊ vsum vite cultioris. deposita et mansuefacta barbaria. ⁊ agrorum cultus ⁊ vrbes menibus cingere didicerunt. Tunc ⁊ legibꝰ non armis vinere. tunc ⁊ vitum putare. tunc oliuam serere consueuerunt. Adeoq; rebus ⁊ hominibus impositus est nitor. vt non gratia in galliam emigrasse. sed gallia in greciam videretur. Ad quam plane vrbem complurimi ex nobilioribus romanis pro acquirendis doctrinis trasmittebantur. nam eorum victus frugalis ⁊ modestus semper fuerat. Cumq; varios sortita fuisse vel dominos vel tyrānos. prout se tempora offerebant. nūnq; tamen aut legem aut ab alienigenis suspendia pertulit. p̄terq; a chathelanis. Huic Lazarus quem dominus a mortuis suscitauit primus ab apostolis distinctus fuit episcopus. Cuius quidem reliquie nuncusq; magno in honore apud eam habite sunt. Fertur quoq; ⁊ beate Marie magdalene ipsius Lazari sororis corpus ibidē quiescere. Apud hanc clarissimi floruere viri Saluianus ⁊ musceus presbiteri in diuinis nō mediocriter instructi atq; Gennadius similiter presbiter greca latinaq; lingua eruditissimus. qui de viris illustribus more dim Hieronimi librum edidit. Et coninus orator. Victorinus rhetor ⁊ etiam alij q̄plurimi.

Vnde gallorum gallicia originem habuerit.

Massilia

Pherecides philosophus

Pherecides Syrus natione. philosophus egregius pittaci philosophi auditor tempestate ista ingenio singulari preditus agnoscitur. Qui primus apud grecos de natura et de dijs scripsit. primusq; teste cicerone libro scz tusculanorum questionum animos sempiternos esse affirmauit. Quin et teste laertio multa predixit que mirabilia videbantur. Hic etiam Plinio teste libro duodecimo prosam orationem primus condidit. finitq; preterea Pythagore philosophi preceptor. Et Taleti philosopho litteras plurimas scripsit. Et ab eodem multos suscepit.

Pytagoras phs

Pitagoras preclarissimus philosophus natione samius. Et ipse tempestate hac toto orbe terrarum clarissimus fuit. Hic a primeuo etimie pulchritudinis ac venustissime forme insignis fuit. Qui cum musice plurimum doctus fuisset ani principia apud grecos primus ad artem perduxit. Et geometriaz omnem perfecit. atq; pondera et mensuras inueniens etiam grecis primum contulit. In primis nanq; circa Arithmeticam vacauit. et medicinam non neglexit. Animas vero hominuz de corpore in corpus transire opinatus est. Licet autem etas illa nullam sibi peperisset equalem se. tamen sapientez se appellari erubuit. sed se philosophum id est amatorem sapiētie dixit. Italis legem dedit. cum apud Corhonam ethrie vrbem ex grecia venit. Eius institutum fuit ne scolas eius intrans de philosophicis ante quinquennium disputaret. Eius libri ab Athenienſibus feruntur concremati. Varie eius feruntur sententie per Laertium. vnam h apponimus Fugienda inquit modis omnib; et abscindenda sunt hec omnia scilicet languor a corpore. imperitia ab anima. luxuria a ventre. a ciuitate seditio. a domo discordia. et a cunctis rebus intemperantia

Sapho poetissa

Sapho Crexa diui ingenij poetrix per hec tēpora claruit et plectrum prima inuenit. Hec viro ditissimo nupsit. ex quo didan filium suscepit. Habuitq; discipulas Anagoram Milesiam Cōgillam Colophaniam tēquas etiam lyricos quosdā docuit versus Scripsit autem hec modulos lyricos. Epygramata. elegiam. iambos et monades. fuit quoq; vates nobilissima.

Ezechiel ppheta

Ezechiel propheta et sacerdos domini vir sanctus. Qui cum rege Joachim captiuus adductus fuerat in babilonem. prophetauit futuras populi iudeorum calamitates. Et hec ex babilonia in hierusalem ad Sedechiam regem misit Cui tamen rex idem non credidit. Tricesimo deinde etatis anno. et captiuitatis sue quinto librum prophetie componere cepit. hunc reliquie iudeorum Dan et Gad quib; predixerat eos in hierusalem non regressuros apud babiloniam interfectus est. et in sepulchro Sem filij noe sepultus est.

Daniel ppheta

Daniel desiderio-rum vir et propheta celeberrimus ex reguz iudeorum familia natus. Anabuchodonosor Chaldeorum rege in Babilonem cum Joachim rege captiuus ductus. et ab eodem enutritus anno nono Sedechie regis Hierusalem postq; paruulus insontē Susannam a morte liberasset. diuino spiritu illustratus. primā regi caldeorum visionem soluit. Ideo curatorem regni constituit. quo mortuo filio ei; Balthasar cum litteras in pariete exposuisset terminum eius pronunciauit. Destructo autez Babiloniorum rege a Dario Astijagis filio in Mediam perductus. Inuidia autem prevalente in lacum leonum missus. deinde salvat;

in precelsiore honore habitus. Scripsit autem libros prophetie in decem visiones diuisum quas se vidisse refert. Tres sub Nabuchodonosor. Tres q; sub Balthasar eius filio Septimam & octauam sub Dario. & duas vltimas sub Cyro tandem in Ebathenis Medie ciuitate sepultus.

Bononia



BOnonia vrbs vetusta Romanorum Colonia primum ab Etruscis felsina deinde a bois gallorum populis gentili sermone baionia nuncupata. Etruscorum enim prius vltra appennium primaria & postea boiorum caput fuit. Deinde bononia dicta. Eam liuius dicit Coloniam a romanis deductam. Agrumq; eum fuisse captum de bois gallis. qui ager prius fuerat etruscorum. Expulsis etruscis romani trium milium virorum in eam deduxere. quorum auxilio aucta & amplificata fuit ita vt per tempora Augusti & aliquot imperatorum trium opulentissimarum ciuitatum vtalie supero mari adiacentium vna fuit. Suetonius autem dicit Octauianum bononiensibus q; in anthoniorum clientela antiquitus fuerant gratiam fecisse coniurandi. cum tota vialia pro partibus suis. Idemq; neronem imperatorem orasse latine pro bononiensibus scribit ad consulem & ad senatum. Ad annum salutis quadragesimum supra octingentesimum Sergij pontificis romani os poci prius appellati temporibus quum lotharius tunc imperator ludouicum filium romaz cum copijs mitteret bononienses illum multis incōmodis damnisq; affecerunt. Quam ob rem ille conuerso qui iam preterierat exercitu vltionis modum excessit. Q; post agri vastationem factamq; in sontibus per vicos villasq; repertis cedem. obsessam vrbem captamq; reddidit immunitam. Deinde anno domini. Millesimo ducentesimo septuagesimo primo. tam potens fuit vt liberam mari adriatico aduersus venetos nauigationem prohiberet tribusq; armis bello contenderit. quo sedato inter bononienses orta dissensio. que ciuitatem plurimum attriuit. vt ad manū romane ecclesie deuenire opus fuit. Et per magristratum ecclesie deueniet Romane circundatam muro. quem nunc habet ac diu postea opibus amplificatam constat. Postea Bononia crassa & pinguis (cum frumentum vina & aliaque ad victum necessaria habundanter producat) dicta est. Excellentissimum omnium disciplī-

narū gymnasium a temporibus theodosij vsq; ad nostra tempora summa cum gloria in ea ꝛ permansit ac floruit. Est enim mater musarū appellata. ꝙ ibi canonum ciuilium liberaliū artium sacrarumq; litterarum disciplīe tradantur. Ex ea viri sanctitate doctrinaq; complurimi emersere. Sed q̄maxime prestitit diuus Petronius vrbis episcopus qui vitas pātrum composuit. Genuit hec vrbs Guidonez archidiaconum. Johannem andree ꝛ Johannem Calderinum celeberrimos iure consultos qui monumenta laude digna post se reliquerunt.

Reges Babilonie

Merodach

Iste Merodach fuit primus rex Babilonie qui a Monarchia assyriorum recedens non obediuit Assaradon enim similiter nec rex Medorum. Et ob hoc regnum assiriorum defecit regesq; Babilonie regni ceperunt esse potentes. Iste etiam misit munera ezechie

Xerses phus

Inuentor Ludi Scaccorum

Vdus sacrorum reperitur ab Xerse philosopho pro correctione Euilmerodach tyranni. qui sapientes ꝛ magistros suos occidere consueuerat. quo solatio retractus fuit a tyrannide ad emendationem.

Nabuchodonosor

Nabuchodonosor iste rex Babilonie victoriosissimus fuit. eo ꝙ esset virga furoris domini. vt puniret peccata populorum. obtinuit regnum assiriorum quod destructum erat a Medis. Et factus est monarcha qui postea cum feris habitans septem mensibus. prece Danielis in pristinam nabuchodonosor formam septem annis penitens est restitutꝰ Cui res geste magni cognomen dedere. multa cum finitimas bella confecit ꝛ q̄ maxime cum egiptijs. ad extremum indeam deuicit. Et syriam durissimo sibi subiugauit iugo. Joachim interfecit. ꝛ successorem cum vasis dñi in babilonem transtulit. ꝛ Sedechiam patruum suum loco suo suffecit. Postquam dum vixisset annis quadraginta defunctus est in babilone. relicto eius filio Nabuchodonosor regni successore

Bysantium

modo Constantinopolis.

BIsantium vrbs tracie maritima a grecis sic nominata. Lacedemonij condidere eam primo. quibus apollinem consulentibus vbi nam sedes quererent mandasse oraculum memorie proditum est vt contra cecos habitationem locarent. Ceos autem megarenses appellauit Calcedonis conditores. Qui cum prius in traciaz nauigassent. situmqz vbi postea Bisantium edificatū est conspexissent Omissa tam locupleta ripa tenuiorem regionem in asia elegissent vt strabo refert. vt autem iustinus ⁊ Eusebius ponūt hec ciuitas anno ante aduentum christi. 663. In grecia et opposito calcedonensis agri loco quidem optimo ⁊ munitissimo a pausania spartanorum rege prius conditionis sue initium habuit. Et cum parua admoduz esset. postea a Constantino magno impatore qui eaz adaurit ⁊ ornauit. Constantinopolis dicta de qua latissime circa sua tempora describentur laude digna.

Sedechias.

QOnstituit Nabuchodonosor regez hierusalem patruum Joachim mathaniam. vt seruiret ei sub tributo interposito religione iurisiurandi. ⁊ mutato nomine vocauit eum sedechiam. Vicesimumprimū etatis annum agebat. Sedechias cum regnare cepisset. Et xj. annis regnauit in hierusalem Fecitqz malum coram domino. Erat enim superbus cogitans vt adhereret regi egiptiorum nec iusiurandum regi Babilonie seruauit. Decipiebant eum pseudo prophete dicentes. in primo babilonios vincendos ab egyptijs. Hieremias vero ei suasit vt spem in homine pone ret. Cum autem non a sui regni anno sub oribus egyptijs tributum caldeis promissuz denegaret. ⁊ in libertatem se vendicare tentauit. Et iusiurandum transgressus. Quam obrem Nabuchodonosor ira pertitus cum ingenti exercitu ad eum venit ⁊ diu obsedit ⁊ tandem fame coactum eum ad deditionem compulisset. Et aperta est ciuitas circa mediam noctem. fugit autem Sedechias cuz omni domo sua nocte ad viam deserti. persecuti sunt eum principes diliculo. ⁊ comprehenderunt. Et vinctum traxerunt eum ad regem Babilonie in reblata Js dicens eum ingratum fuisse preceptum ab eo imperij. ⁊ deieraſſe in deum. Oculos eius effodit ⁊ cathenis vinxit eum vt adducerent in babilonem. Et cuz eo Josedech. ⁊ eius vniuersam familiam trucidari mandauit. innumeros quoqz ciuitatis hierosolime traxit in seruos ad babiloniā. ac totam vrbem vna cum templo euerti ⁊ intendi precepit. Sed ⁊ assyriorum regnum a medis destructum obtinuit. Ideo babiloniorum regnum factum est omniuz monarcha. Hic fuit exitus regni hebreorum ⁊ caldeorum regni principium. Caldea autem Asie regio arabie conterminia longe plana sed fontium qz maxime indigna. In qua Babilon maxima ciuitas regni caput erat Medorum quoqz regnum defecit. Cum vltimo astiages octauus ⁊ vltimus rex medorum. triginta octo annis regnasset temporibus sedechie.

HJerosolima nobilissima ⁊ vetustissima ciuitas per varia tempora pluries vastata fuit. Primo a Babiloniorum rege. Dum nabuchodonosor chaldeorum rex tempore sedechie cum ingenti exercitu in iudeaz venit. ibiqz magnis cladibus eius ciuitates affecit. Ac etiam ipsam hierosolimaz obsedit. Deinde profectus contra pharaonem regem egypti. quo fugato Nabuchodonosor sui exercitus principem ad obsidendam hierosolimam rursus mittit. Jbiqz decez ⁊ octo mēsibus statione firmata Judei se ⁊ vrbem caldeis ignominiose tradiderunt. Qui rege interfecto muros ⁊ turres euerterunt templa incenderunt. eiusqz vasa sustulerunt. Et per septuaginta annos templi solitudo permansit. A cyro rege persarum lata est captiuitas. Extructum est templum sub Dario rege persarum. et medorum.

Quarta etas mundi Solium lxviii
Hierosolimorum excidium



Excidium Hierosolimorum sub Tito & Vespasiano

Secundo ab Asobe egiptiorum rege. Que enim passa est iudea a medis egiptijs macedonibusq; non enumero. Tertio ab anthiocho epiphane crudelissimo omnium tyranno facta est eversio. Hic Hierosolimam ciuitatem sanctam Menelao prodēte vi cepit & sanctum locum spoliauit misitq; homines impios qui compellerent iudeos carnes porcinas comedere. & a patrijs legibus se transferri. & non templum domini. sed Jouis olimpi cognominare & ydolū venerari. Quarto a pompeijo is iudeam vicit omnes cum hierosolima. & tributarios fecit. Et vt strabo habet. Pompeius eam cepit. obseruato ieiunij die dum ab omni opere iudei abstinerent impleta fossa & admotis scalis. iussitq; menia omnia conuelli. Post hos quinto Gabinius Scaurus Varus vbibus iudee & precipue hierosolime insultauere. & herodes magnus & sosius captā oppidum seruare. Sexto ad extremum funditus euertit anno secundo imperij Vespasiani die octaua mensis septembris. Tito eius filio vbs capta & templum subuersum. Quam cū cepisset complanatis menibus. fossas etiam impleri iussit. Vbem autem illaz vicisse victores gentium romani tam clarum opus esse dixerunt. vt titus tunc exercitus post imperij gubernator in ipso ingressu mēia vbis admiratus tantam victoriam non humane virtutis. sed diuine gratie fateretur. In ea vastatione fuit ea hominum strages ea fames miserorum fit nesta necessitas. Que si ex ordine nosce re cupis Josephum lege. Non audita sed visa & communia sibi cum ceteris referentem. Veniens deniq; Titus romam cum patre suo Vespasiano triumphum celebertimum egit Simonem qui vbis excidij causa fuit in triumpho perductum postea laqueo per totam ciuitatem trahe runt multis confossum vulneribus interfecerunt. Vespasianus templum pacis edificauit vbi iudeorum preciosiora instrumenta videli cet tabulas legis penetralium vela. & alia multa reposuit Ea autē vbs vsq; ad adriani principis tempora latronum sicariorum q; facta ē receptaculum. Et per quinquaginta annos deinde ciuitatis mansere reliquie. Que postea adrianus imperator menibus & edificijs instaurās ō suo nōie Heliā appellauit & diu⁹ Hiero. ad paulinū scribit ab adriāi tpib⁹ vsq; ad in

perium Constantini imparatoris per annos circiter centum octuaginta In loco resurrectionis simulacrum Jouis in crucis rupe statua ex marmore Veneris a gentilibus posita est. celebratur. Estimantibus persecutionibus auctoribus q tollerent nobis fidem resurrectionis ⁊ crucis si loca sancta p ydola polluissent. Maiores deinde nostri gloriosissimam ciuitatem diu possessam. tandem amiserunt. Karolus enim magnus multo sudore primo vrbem illam vendicauit. deinde peditam recuperauit Gothefridus. Ad quam retinendam etiaz Conradus cesar Ludouicusqz rex francorum non dubitauerunt coactis exercitibus in Asiaz proficisci. At cum nostri principes postea desidie sese dederunt neqz hierosolima nec Antiochia in potestate nostra remansere. Heu pudor heu dolor fons ⁊ origo nostre salutis defecit. templum illud Salomonis fama clarum in quo dominus totiens predicauit. Bethleem in qua natus est. Caluariam in quo crucifixus Ipsius crucis possident inimici. Sepulchrum domini gloriosum in quo propter nos obdormiuit in domino saraceni in potestate habent. Et etiam si velint christiani inuisere non possunt. En ipsam dei viuentis ciuitatem officinasqz nostre redemptionis quam deus noster miraculis illustrauit ⁊ pprio sanguine dedicauit. In qua prime resurrectionis flores apparuerunt Machometi Satellites coculcant. Et ea vbs nunc scelerate gentis imperio paret.

QVinta seculi etas hic incipt. ⁊ ortuz habuit a captiuitate Judeorum in babiloniam duratqz vsqz ad Christi Jesu domini nostri natiuitatem per annos cccc. xc. qbus in hac supputatione aliqui aliter sentiant. vnde qui recte captiuitatis annos numerare voluerint ab vndecimo Sedechie regni anno. vt Eusebius ponit. tunc septuaginta captiuitatis annos in secundum Darij annum terminabunt. Josephus ⁊ diuus Hieronimus a decimotertio Josie regis vsqz ad tertium Non nulli ab vltimo regis Joachim anno computant vsqz ad vltimum Cyri annum At sane sentiendo septuaginta illi anni qui in tertio vel vltimo Cyri anno terminatur. propie captiuitatis iudaice anni dicuntur Illi vero qui in secundo Darij terminantur propie complete transmigrationis sunt. Et hec principalior ⁊ precipua sacre scripture era habetur. que scilicet facta est anno ab exordio mundi. 4610. A diluuio autem. 2369. A natiuitate autem Abrahe Millesimoquadringentesimo vicesimoseptimo. Ac vigesimooctauo regni Tarquinii romanorum regis. Regnantibus etiam apud medos astyage. astiage. apud Medos astyage. apud Macedones Europe. apud qz lydos alyacte. ⁊ apud egiptos vaphre. ⁊ apud. Caldeos nabuchodonosor primus.

QAptiuitas igitur hebreorum que fuit exterminium populi hierusalem hic incipit. Et per annos. septuaginta. perdurat. Cum enim populus Jsrahel iam multis temporibus ydolis seruiendo. etiam effusionem sanguinis innocentū se grauiter impiasset. volens enim deus generationem huius populi deperire. septuaginta annorum captiuitatem eundem pppulum in regno caldeorum statuit sustinere hac ratione vt completo annorum numero nouus populus a memoratis peccatis immunis ad renouationem hierusalem perueniret.

DOst reditum populi israhel de babilone isti duo prefuerunt scilicet Jhesus summus pontifex tanqz reges ⁊ Zorobabel tanqz dux q modus vsqz ad herodem seruatus est. Vt videlicet summi sacerdotes tenerēt primatum. duces vero essent substituti. Semper tamen duces erant de tribu iuda iuxta prophetiam Jacob. Non auferetur sceptruz de iuda ⁊ dux de semore eius. Hi cum innumera multitudine iudeorum venerunt in hierusalem ad reponendum templum congregantes vniuersam prouinciam construxerunt altare in loco quo prius edificatum fuerat ⁊ dies tabernaculorum celebrarunt. cepit autem renouare templum. sed paulo post defunctus est.

Linea pontificum Jhesus

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

Sibilla hellespontina

Quinta etas mundi Folium lxix

Joachim

Aggeꝰ propheta

Malachias ꝓpḥ.

Sibilla helespōtia

Eulmeridoch

Iste Salatiel (anno mundi. 4634) fuit filius iechonie regis iude quem genuit post transmigrationem Babilonis. vt euangelista Matthe⁹ dicit

Iste Joachim sacerdos fuit filius Jesu pontificis magni qui secundum Josephum nominatus est Josedech. Sub quo Zorobabel prophetantibus 7 adiuuantibus Aggeo 7 Zacharia templum 7 ciuitatem reposuit. Edificato aūt templo pasca cum innumerabilib⁹ holocaustis celebrato ad eorandā vrbem eam adiecit.

Iste Zorobabel (anno mundi. 4659.) iurta imperium domini fundauit templum. sed longe post apud iudeos maximo in precio habitus est a Cyro rege princeps populi designatus. primum ex chaldea iudeos ad propriam prouinciam reducere cepit 7 templum reedificare concedēte Cyro incepit.

De illo Abiud (anno mundi. 4709.) 7 sequentibus vsq; ad Joseph nihil habetur in scripturis. nisi quod a Matheo numerantur. 7 ideo nec tanpus eorum debite sciri potest. Nisi quod abiud genuit Eliachim. qui azor. qui sadoch ic. vt Matheus in p̄n cipio euangelij factus est.

Ageus propheta in numero duodecim prophetarum vndecimus his temporibus libium sue pphetie scripsit. In quo reuersionem populi 7 tēpli edificationem conscribit. ac renouationez ciuitatis. nec non 7 sacerdotalem obseruationem comprehendit. Completo deniq; templo statim obijt. Et iurta sacerdotum sepulchra sepultus est.

Malachias propheta hoc tempore clarus habetur 7 sic dictus id est angelus propter optimaz vitam Aiunt q; ore eodem iterabat.

Helespontina in agro troyano nata vetula 7 antiqua veste rurali induta ligata velo antiquo capite sub gula circumuoluto vsq; ad scapulas quasi despecto habitu ita dicit. De excelso celorum habitaculo prospexit humiles suos. 7 nascitur in diebus nouissimis de virgine hebrea cum carnalis terre.

Iste nabuchodonosor filius nabuchodonosor magni fuit tertius chaldeorum rex. decimooctauo captiuitatis anno patri in regnum succedēs regnauit Annis decem Vir quidā prestantissimi animi 7 ingentis potentie qui paternis regalibus multa supaddidit multaq; magnalia peregit.

Anno sercentesimo octuagesimo vrbis cōdite. Irruit. L. Sergius catilina temporib⁹ horum consulum nobilissimi generis vir. sed ingenij prauissimi ad delendam patriam coniuranit. cum quibusdam claris quidez sed audacibus viris a cicerone vrbe expulsus ē Socijs eius deprehensi in carcere strangulati sunt. Ab antonio altero consule catilina ipse victus prelio est z interfectus. Deinde anno sequenti Junio silano z. L. Murena consulib⁹ Metellus de creta triumphauit.

Pompeius

Pompeius maximus Romanorū imperator maximo in precio apud Romanos habit⁹ est. qui deuictis magna celeritate pyratis iterato cōtra viginti duos reges orientis imperator designatus est. qui mitridatez in armenia minore nocturno p lio vicit. Tigrani deinde regi bellum intulit. deinde albanis z regem eorum herodem prudenter z hiberie regem vicit. Moxq̄ iturcos z arabes. Inde ad iudeam transgressus est hierosolimam caput gentis obsedit. non solum natura loci verum etiam ingenti muro fossaq̄ maxime munitam vir tertio mense expugnauit. M. iudeorum occisis ceteris in fidem acceptis muros ciuitatis euerti imperauit. hircanuz sacerdotio restituit. Aristobolum captiuam Romam duxit. his gestis in Asiaz se recepit. reuersus denicq̄ romam cum ingenti gloria triumphauit. Junio Syllano z L. Murena consulibus.

Hierosolyma expugnatur à Pompeio.

Caius Julius. Lucius Bibulus

Caius iulius cesar qui postea ip̄ auit ānō vrbis condite sercētesimo et nonagesimo octauo. cum L. bibulo consul factus decreta est ei Gallia transalpina z cisalpina et comata. addidit z senatus illiricum cum legionibus demis. Cum quibus per decem annos bellans q̄ uissima prelia confecit. Primo vicit helvetios. z vsq̄ ad oceanum britannicum processit. Deinde Arioustum regem cui auxiliabantur. Arudes Marcomones Tribeti Vangiōes Sueui z cetera fugere compulit. Post hec gentem betgaruz z alios qui vno nomine germani vocantur. Deinde facto ponte rhenum transgressus. Domuit autem annis nouem fere omnez Galliam. que inter alpes z flumen rhodanuz rhenum z oceanum est. z circuitus patet. hinc bellum successit ciuile exercendum Cesar enim e gallia rediens victor alium consulatum petijt. Contradictum est a Marcello. a Bibulo a pompeio. a catone. iussusq̄ vt dimissis exercitibus ad vrbem rediret. z Pompeius cum imperio missus est propter quam iniuriam potius commune z plusq̄ bellum exortum est.

vincuntur Selecti à Cesare.

Item Germani

Cæsar Selli inter senatum romanum et Cæsarem

Quinta etas mundi

Florentia



Florentia nobilissima ⁊ inclita ac primaria vibium ethurie. eius origo refertur in sillanorum militum (quibus is ager a silla assignatus fuit) aduentum. Et quidem plinius apud quem primum eius loci mentio facta est fluentinos dicit. profluenti arno appositos. Venerunt vero hi milites ad annum condite vibis Rome sexcentesimū ⁊ septuagesimum. vnde initium habuisse videtur Florentia ante Jesu christi domini nostri aduentū. annos circiter octoginta tres. Condita igitur fuit florentia ex fesulanis ad ripas arni fluuij. ⁊ prisci homines fluentiaz vocauere. Que cum auspicijs fundata felicib⁹ vicinas per circuitum ciuitates excellere mirisq; modis imperium propagare cepisset. Florētia longe melius q̄; fluentia dicta est. Multis ea ciuitas per Gothorum tempora incommodis agitata est. Totila enim eam immunitaz ⁊ desolatam fecerit. Quam Karolus magnus instaurare fecit. maioriq; ambitu menibus circūdedit. Et dignissimis priuilegijs ⁊ magistratibus decorauit Itaq; florentia acceptis vi ⁊ in se populariter traductis fesulanis ad annum salutis lquartum ⁊ vigesimuz supra millesimum plurimum opibus ⁊ gloria est aucta Quo item anno Heinricus primus imperator ecclesiam sancti Miniatis ad mūros florentie edificauit. Ex eo fere tempore per priores artium ⁊ etiam vexilliferos iusticie sicut nunc fit gubernari cepit Preterea in vibe preter reliqua ornamenta incredibilia basilica insignis ⁊ stupendo operis fornice est ornata. gloriosq; virgini dicata. Et quarto abinde anno pallaciuz item superbissimuz quod inhabitant priores. edificari cepit. Quinto postmodum anno scilicet Millesimo septuagesimoprimo productum est pomerium. et menibus vibs est ampliata ⁊ tipis fluminis vltra sacros diui Laurentij edes perpetuo ambitu deducta. Turris vero marmorea inter ceteras vibis campanarias speciosa ad annum inde primum ⁊ tricesimum excitata. Ibi precursoris inder marima in veneratione habetur. ob cuius honorem edes preclarissima in celebriori vibis loco dicta habetur. quam baptisterium dicunt. Cuz enim value ex solido exe eristunt. vbi etiam noui ⁊ veteris testamenti hystorie in enarrabili opere sculpte habentur. Florentia enim cum omni ytalie ciuitatum flos nuncupetur. etiaz

preter suam pulchritudinem et ciuium urbanitatem. uiros quoq; in omni genere uirtutis prestantiores habuit. Duobusq; poetis ornata fuit. Dante Aldegerio ⁊ francisco patriarcha. Quorum hic patre florentino sed ortus apud aretium natus ⁊ arquade inter colles euganeos mortuus ac sepultus est. Ille florentinis partibus florentie natus. obijt Ravenne patria exul. Paulo post Jotum habuit picorem celeberrimum apelli equiperandum. Habuit quoq; accursium iurisconsultorum principem. qui ius ciuile egregie interpretatus est. Reddidit ⁊ medicum Tadeum omnium clarissimum. Ornataq; fuit Cosmo medico quez opum affluentia humanitate ⁊ liberalitate sit perantem eines europe celebrez reddit. Cumulanteq; eius felicitatem filij sui ⁊ etiam nepotes qui florentie urbi plurima addiderunt ornamenta. Monasterium precipue celebre in honore sancti Marci euangeliste in quo etiam monasterio pulcherrime extructiones ⁊ bibliotheca qte alias superat omnes. eius uiri summi magnificentiam ostendunt. Et priuate eiꝰ edes in via lata extructe romanorum opibus comparande. Florentissime autem urbis originem gestasq; res abunde complexus est. Leonardus Aretinus. Secus florentinā fesula urbs uetusta et multorum scriptis presertim Salustij et liuij celebrata interijt. uel ut supra in florentiam populum opesq; mutauit. ex cuiꝰ mōtibus qui ad orientem vergunt Mugnio torrēs oritur florentina abluens menia. Florentinaz enim urbem diuidit arnos amnis pontibus iunctus quattuor magni operis. Vallem arni superiorem qua nullam habet. nunc ager florentinus. uini optimi feraciorem quantum profluenti Arno apposita planicies ambit. finisse palustrem aiunt. Commendanda enim est multis in rebus florentinorum prouidentia. tum maxime quod eligendis cancellarijs. que oratoriam spectant. ⁊ etiam que uocant humanitatis studia peritos aceptant. ut Leonardum ⁊ Karolum aretinos. Poggium. et ante eos collucium qui scribēdi dictandiq; artem diserti ssime tradiderunt.

Linea regum Syrie Anthiochus Pius

Anthiochus sponditus

Demetrius marco

Philippus

Mitridates

Iste Anthiochus Pius confortatus Triphonem persecutus est et eum in fugam vertit. Cum vero Triphon erat partium Alexandri primus. Is videns q̄ omnis exercitus murmurabat contra Demetrium iuit in Arabiam ut reduceret inde Anthiochum. deinde cogitauit Triphon occidere Anthiochum ⁊ imponere sibi diodema. sed timuit Jonathaz strennuum defensorem antiochi. Deinde eruit Antiochus in terram patrum suorum. ⁊ conuenerūt ad eum omnes exercitus. ita ut pauci essent cum triphone. Deinde obsedit doram ⁊ conclusit triphonem tandem in parthia occiditur

Anthiochꝰ spondius fuit filius antiochi pij. Qui de regno fugit in parthos.

Demetrius iste frater Anthiochi precedentis fuit quem Alexander rex iudeou occidit

Philippus vltimus syrie rex ⁊ asie reuersus. regni alexandri regnare cepit ⁊ regnit annis. v. Quo regnante Anthiochus eius patruus in parthos fugiens Pompeio se tradidit. post quem statim philippus hic a gabino cōsule captus. regnū eius in romanorum ditionem cessit. Et tunc Syrie regnum finem accepit. qd̄ per ducentos viginti annos sub regibus decem ⁊ septem durauit

Mitridates pharnacis regis pthor filiꝰ ⁊ pōti rex fuit. apd̄ sinopē natꝰ educatusq; q̄ cū puer pētibꝰ orbatꝰ ē. mor ut abolerit finitimos pplos ⁊ scithas i suaz ptātē redegit. ⁊ cū romanis p. vl. ānos varijs eventibꝰ cruētissimū gessit bellum. Bithiniā ac capadociā similiter adeptus. asiā. phrigiā. paphlagoniā ⁊

Laus Mithridatis

Macedoniam inuasit. multa ⁊ preclara agēs prelia nec vna via romanos aggressus est. Ferūt hunc duos ⁊ viginti linguas (tot enim nationibus imperauit) notas habuisse. vt qua quisq; lingua cum postulasset. eadem sibi ius redderet. Et cū litteris grecis imbutus esset musice etiam operam dabat. Sobrietatis eximie laborum patientissimus. Cum tandem. Cn. Pompeius nocturno prelio vicit castra diripuit quadraginta mille eius occidit. Pharnaces filius eius cum alios filios trucidasset exercitum aduersus patrez duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filium frustra precatꝰ. Statim descendens ad vxores pelices ⁊ filias suas venenum omnibus dedit. Quod cum ipse nouissimus omnium habuisset. nec tamen propter remedia quibus sē premunierat veneno inficī posset Gallum quendam vitigis militez inuitauit. eiq; iugulum prebuit. Periit autem apud Bosphorum qui regnauit annis quadraginta. Quo mortuo apud Synopem consensu pompeij regali sepulcheo conditus est.

à filio proprio ad extrema cedu citur.

Qst vltimum en regem Syrie et a pompeio romanis tributaria effecta est Syria. Pompeius vero hierosolimam veniens vrbem enim ipsam cepit. templuz reseruauit ⁊ ad sancta sanctorum vsq; accessit. Hyrcano principatum sacerdotij donauit. Aristobolum eius fratrem abduxit. Et tunc iudei libertatem penitus deposuerunt. et subiecti romanis esse ceperunt. Et pompeius scauro principi. regionis curam commisit relictis secum duabus cohortibus.

Linea presidum Syrie

Scaurus

Gabinus in syriaz missus est. vt scauro succederet. is cōmendata cura templi hircano gentem iudeorum in ānq; conuentus diuisit quasi pentharchias iudee frangens superbiam.

Gabinus

Crassus romanꝰ cōsul pompei collega mortuo gabino syrie presidē in locū suum a senatu surrogatur. vt cum maxime parthos syrie vicinos rebellantes reprimeret. Vir quidem cupidissimus ⁊ insatiabilis cupiditatis. qui audita hierosolimitani templi opulentia quam pompeius intactam reliquerat. vrbem ingressus. templum p̄ nudit opes duorum miliuz talentorum abstulit. inde diuertens per mesopotamiā in parthiam peruenit. mox q; eufraten transiit. ⁊ cuz prope caram ventum esset parthi subito ingruentes sagittis oppressere Romanos. ⁊ rapido eq̄tatu crassum persecuti sunt. ⁊ eum circūuentum turpiter interfecerūt. quidam enim scribunt aurum in os eius infusum eum interūisse.

Crassus

Cassius

Este enim Cassius preses syrie. Crasso successit. Is tandē mouit exercitum contra Octauianuz nongenta argenti talenta indeisertorquens demum a philippis occisus est.

Lvgdunum transalpine gallie vrbs Vienne propinqua ac finitima. Octauiani Augusti cesaris temporibus. Ensebio teste a Munatio Planco ciceronis discipulo oratoris clarissimo in colle quodam vbi Arar vna rodanusq; misceentur condita ac edificata fuit. Quanquam etiaz Franciscus patriarcha de eadem ciuitate scribit ac eam commendas. Lugdanum nobilis et Romanorum colonia est. paulūq; vetustior Agrippa. duo etenim hic noti sunt amnes in mare mediterraneum currentes videlicet Arar rhodamusq; ⁊ conueniūt. Sonam vero incole appellant. Que enim supra reliquas Gallie ciuitates. Narbone acceptā cum illustrissimorum ac etiam clarissimorum virorum ordine diu claruit vt Strabo habet. Nam et vsui magno fuit illis Emporiū ac in presentiaz est. monetā ar-

genteam atq; auream eo in loco iussu augusti romani signabāt duces. Tēplū etiā ab vniuersis gallis cōmuni designatū impensa. Et Augusto cesari dicatū. ante hāc vrbē edificatū est vbi fluuiorū est coūcio Adest ⁊ ara dignitatis crimie gentiū. lx. numero inscriptū hīs titulū Earūq; singularū statua vna. hanc vrbē genti olim Segosianoꝝ p̄sidere cōstabat. Que in rhodani ⁊ dabudis fluuioꝝ medio iacet. Reliq; dehinc gentes vergētes ad rhenuz ptim a dabude ptim a arare discernunt. Hi nāq; amnes ab alpibꝰ delate. Deinde in vnū alueū confluentes delabunt in rhodanū. Rursus aūt superās rhodanus viennā defert allobrogū metropolim. Tribus hīs fluuīs euenit vt initio in aquilonē. dehinc in occidentē deferant. Jā q; in vnū tandē annē ꝓfluens in austrū iteruz curuatus excurrit. Quoad erumpat. alīs acceptis fluuibꝰ. Et hinc reliquū in mare cursuz p̄fecit. Tēplū vero vna cū tota regiōe sicut seneca ad Lucillū refert faciliigne suo tpe quo ad agripinā. videlicet tpe Senece erutū est. Quez vrbē inter celtas ascribere quibus dā placet. hic plotinus (q̄ primus rome latinā rhetoricā docuit) duxit originē. a q̄ cicero se rome puer cū Q. frē latine primū doctū retulit. hinc sanctus Augendus vita ⁊ miraculis clarꝰ hinc sanctus Desideriꝰ epūs. Et S. Baldomeriꝰ cuius miracula crebra cuitatē reddūt illustrez. hinc romanus abbas. qui primus ibidē vitā heremiticaz duxit. ⁊ multoꝝ extitit pater monachoꝝ. Ornatur etiā hec ciuitas sancto nicetio episcopo ⁊ Hireneo epō policarpi discipulo. q̄ ibi martirio coronatꝰ. In ea domicianꝰ abbas. Lupꝰ epūs. ⁊ anachorita. Atiochusq; epūs q̄ in dño q̄eūt Justꝰ p̄terea angelis primus ibi vitaz finiuit. Hec inclita vrbs francoꝝ regibus diu paruit Qui ibi solēnes nundinas instituerūt. Vbi et pilatūs ⁊ herodes (vt fertur) a romanis principibus relegati vitā infamē finiere. Lugdunū aūt (vt aliquibus placet) a Lugda cesaris legione sic appellata illis locis frequentius libera te dictū est. Lugda eñ gallica lingua idē quod fulgur designat. Sic etiam vt refert tacitus legio quedam romana apud hispanos locata ē cui nomē fuit Rapax ad terrendos his appellationibus populos. Nam nomina sunt ista pene timenda sono

Lion



Alexandra vxor Alexandri regis iudeorum regnauit annis nouē. Nā maritꝰ suus Alexander moriens Hircanum ⁊ Aristobolum liberos reliquit. sed regnum huic alexandre vxori tradidit. Eo enim q̄ hircanus rerum gubernationem ignorans vitam ocīam elegerat. Aristobolus vero efficax ⁊ andax erat. Ipsa eñ a pplo plurimū diligebat. Que suscepto mgō hircanuz propter etatē principem sacerdotūm statim ordinauit

Alexandra

Eo enim tempore orta ē in iudea heresis phariseorum Quorum consilio vtebatur in omnibus. nomen autez regium ipsa tantum ferebat. Eorumqz consilio optimates indeorum occidit aut exilio damnauit cōturbās omnia. hec tamē multa gessit ad regni conservationez callida circa regni detentionem. Attamen cum nec bonum aut iustum adūerteret anteqz vitā finiret ad summam calamitatem negocia domus sue perdūrit. Et post mortem multis miseriis regnum compleuit. Gentem tamen suaz in pace custodiuit. Deniqz cum immanitudinez seuissimaz incidisset. Aristobolus collecta plurimorum manu post matrem se regnaturum declarauit. Illa paulo post anno etatis sue septuagesimo tertio vita decessit. /

Linea Christi Jacob

Jacob pater Joseph

IAcob pater Joseph naturalis. sed heli pater eius legalis fuit. Huc Matheus illum Lucas cōmemorat.

HIrcanus Alexādri iudeorum regis et predicta alexandra filius vigesimus tertius iudeorum pontifex principatum sacerdotij suscipiens. sedit annis viginti quatuor. hic a matre pontifex constitutus post mortem matris maximas questiones et concertationes habuit. Aristobolus vo collecto exercitu contra matrem mouit arma. Cumqz egressi essent fratres in campis Jericonthinis victus hircanus fugit in hierusalem. Tandem in concordiam venerunt vt aristobolus regnaret. Hircanus vero sub eo quibuslibet honoribus fungeretur. paulo post hircanus promissis non contentus ad Aretham regem Arabū noctu confugit. vnde collecto exercitu venit in iudeam et obsedit Hierusalem. Securus tamen dux romanorum soluit obsidium. ratus tempus esse vt de facili iudeam poneret sub tributo. Atqz in hunc modum contendentes occasionem inuadendi iudea Romanis prebuerūt Quamobrem Pompeius Hierosolimam veniens. Cum enim eam obsedisset orta est dissensio in vrbe Nā fautores aristobolis vrbē tu-

Linea pontificum

Hircanus

Aristobolus

Alexander

Antigonus

eri. Hircani eam tradere. Romanis condebant. Receptus tandē in vrbē cēplū expugnabat. Mense tamē tertio phanum irruptum est. Faustus cornelius Sille filius primus ingredi ausus est. et Romani templū prophanauerunt. nihil tamen inde tulit. Hircano vero iterato principatum sacerdotij donauit. Et iudea sub tributo constituta est

ARistobolus p pōpeium post deuastationez vibis captiuus ad romam perductus est cum duobus filijs alexandro et antigono totidemqz filiabus. Et extūc iudei libertatez penitus deposuerunt et subiecti romanis esse ceperunt. Syrie et iudee administratio. Scauro est commissa inde gabinio. Post hec causa elapsus est roma Aristobolus. qui magno exercitu iudeorum conflato. ad eum debellandum missus est a gabino antonius aristobolus per gabinum captus est. iterum romam perductus In discidio pompei et cesaris in siriā cum duabus cohortibus missus. verū spes cesaris frustrata. a studiosis pompeij veneno iudeā in potestatem cesaris subij cere attemptauit.

ALexander pontifex filius aristoboli. Is dū romā cū patre duceretur ex itinere fugit. q magna manu collecta iudeam polluebat. Et hircano patruo insidias ponebat. Obtinebat aūt munitissima loca alexandr hircanū et macherūta. occisus deide antiochie a scipione scarti pcussus iuxta tenorē litterarū pompey. pus hita accusatōe i iudicio sub his q ad romanos admiserat

Antigonꝰ aristoboli iudeoꝝ regꝫ filiꝰ alexandꝛ ⁊ aristobolꝰ truncidati ātigono solo supstite cū duabus sororibus fugiens euasit Cesar Syrie i udeꝫ potitus ē antipatrum ydomeum strennuum iudee procuratorem constituit. Et iterato hircano antigoni patruo regnum concessit. Ita tamen vt non rex vocaretur. Antigonus ad̄ pachorū parthorum regem confugit ⁊ ibi vsqꝫ ad obitum cesaris permansit. deinde vrbem expugnauit comprehensum hircanum aures eius dētibus truncauit. Ob quam causaꝫ M. Anthonius astante Octauiano Heredem regem iudee declarauit. qui violenter vrbem ingressus antigonum comprehendit ⁊ ad antonium in Antiochiam vinctum remisit. Qui suscepto securi percussiꝫ interemit. ⁊ hic finis generis asamoneorum. Nam de familia sacerdotali fuerat. Et regnum iude defecit.

Ingratitudo mira Mors Pompeij

Bellum ciuile cesaris ⁊ pompei execrandum anno primo regni Cleopatre surrexit. quo preter calamitates. que in prelijs accidere consueuerunt etiam populi romani fortuna mutata est. causa enim tante calamitatis eademqꝫ omnium nimia felicitas. Cum enim Cesar Galliam inuadit Crassus Assyam. Pompeius Hyspaniam. Tres marimos exercitus. etiam sic orbis imperium sōcietate trium principum occupatur. decem annos traxit ista dominatio. Exinde quoniam mutuo metu tenebantur. Crassi morte apud parthos. ⁊ etiaꝫ morte Julie Cesaris filie que nupta Pompeio generi socerique concordiam matrimonij fedare tenebat. Statim Emulatio erupitiaꝫ pompeio suspecte cesaris opes ⁊ Cesari Pompeiana dignitas grauis. Cumqꝫ autem Cesar Europe quiete potiretur imperio. traiecit in greciam vbi Pompeium obsedit cum eo Dimicans magna clade cum omni exercitu fusus est ⁊ superueniente nocte beneficio illesus euasit. Cesar enim agmine citato per epirum in Thessaliam perrexit. quem enim pompeius cum marimis copijs insecutus est. ⁊ vtrinqꝫ acies struxerunt. pugnatum enim est itaqꝫ ingenti contentione dubia sorte Tandem vero Pompei fusus est exercitus. pōpeius vero statim Alexandriam prouinciam petijt vt a Ptholomeo auxilium acciperet. verum etiam is ingratissimus fortunam magis ꝙ amicitiam sequentes eum occidere. ⁊ caput eius aꝫ anulo cesari transmisit. Quibus enī visis statim lachrymas effudit. Morte vero Pompeio Cesar a Ptholomeo parricida insidias magnas pertulit. ⁊ Alexandrie vrbis potitus Cleopatram vero ab auxilio reuocauit ⁊ ei regnum contulit. Inde enim biennio syriaꝫ peruagatus Pharnacem Mitridatis filium ponto superauit. Postea vero cum Romam venit iterum dictator ⁊ cōsul creatus. in aphricam transijt. deinde etiaꝫ de confectis bellis triumphauit. Regressus est iterum Romaꝫ vbi se Imparatorem vocari fecit. Et sic aꝫ reipublice finis hic fuit. que per annos quadringentos seragintaquattuor duranit.

Primus Imperator.

Marcꝰ Tullius

Familia Ciceronis

Tullius cognomento Marcus ⁊ Cicero philosophus marimus ⁊ oratorprincepꝰ ac romanorum consul. Hic de tullioꝝ familia que ex mūicipo arpinati originez traxit ⁊ p̄ncipium generis in tullium volscorum regem ferebat. patremqꝫ tullium ⁊ olbiaꝫ matrem habuit. qui vt primum discendi capar fuit. ingentij magnitudine equales excellnit. Prima enim eius commēdatio circa poeticaꝫ eluxit in quo libellos quosdam edidit. Crescentibus annis solutam orationem nature siue magis consentaneam adamauit. pueribus studijs peractis philosophie ⁊ iuri ciuili operam dedit. post hec sub sylla militasse Marsico bello. edilis inde factus. deinde suffragijs populi romani pretor creatus est postea vero consul vna cum C. Antonio. M. Antonij oratoris filio tam glorioseid consulere imperium exercuit. vt pater patrie appellatus fuerit. hic philasophiam antea nostris literis incognitam explicauit ⁊ ex ingentij sui felicitate complurima scripsit. Et Terrentia vxore Tulliolam ⁊ Marcum filium habuit. Demuꝫ vero inclitus orator. Anno etatis sue sexagesimoquarto ab Antonio per suos satellites sub specie concordie concedente Octauiano occiditur. eius tamen inimici tandem ignominiose perierunt.

Catilina

Catilina nobili genere natus magna animi & corporis vi. sed ingenio prauo cui ab adolescentia bella intestina. cedes rapine. discordie ciuiles gratissime fuere Ibiq; iuuentutem suam exercere studuit. cum esset animo audax. subdolus varius. & cuiuslibet rei simulator. Qui cum eet flagitiosissimus vir & omnium facinorosoꝝ duxorum catervas circum se semp habere voluit quibus fretus sotietatibus ipse flagitiosus catilina ad opprimendam rempublicam. consilium cepit. cum ei maxima spes esset consequẽdi consolatum. pestiferam coniurationem cõtra rempublicam Marco Tullio Ciceronе cõsule attentauit. sed coniuratione prolata detectisq; coniuratorum nominibus lẽtulus ex clarissima corneliorum gente ortus magistratu pmo a senatu abdicatus. Inde cethegus statilius gabinus & ceparius senatorij ordinis viri & cetero senotus in carcere missi. statim vna cũ ipso lentulo laqueo strãgulatꝰ. Quod vbi cathilina cognouit in trãsalpinã fugere cogitauit. q̃ compto antonius cum quibus daz legionibus ipsum persequens inter confertissimas legiones confudit. atq; ita ciceronis virtute respublica magnis turbationibus seruata est.

Cato posterior Vticensis

Catho posterior catonis superioris prenepos. cui proprium nomen. M. portius cato stoicꝰ philosophus. quem vticensem quidam appellant. q̃ se apud vticã interfecit vir doctissimus. qui ita doctrine cupiditate flagrauit. vt ne in curia quidem dum senatus ageretur a lectione temperaret. quo minꝰ grecos lectitaret libros hac scilicet industria. vt ostẽderet alijs tempora deesse. alios supereesse tempꝑibus. hic docebat rẽ publicam magis virtutibus q̃z armis esse tuendam dicens. Nolite existimare maiores nostros armis rempublicam ex parua fecisse magnam. Si ita esset maiorem nos haberemus. Quippe quibus sociorum ciuium preterea q̃z armorum atq; equorum maior nobis copia ẽ q̃z illis. Hic quoq; quanto humanam gloriaz fugiebat. tanto magis illum gloria sequebatur Quiq; inter alia sue virtutis opera. ad humane vite institutionem ethicam moralem cum suis rationibus in librum composuit. Ex quo (vt aiunt) parum ille liber mendicus. qui pauculus legitur exceptus est. De eius eñ sentẽtia hanc memoria dignam ponimus. humana vita proprie veluti ferrum est. quod si exerceatur conteritur. Si vero non exerceatur rubigine cõsumitur. hic teste Augustino seipsum occidit. victoriam cesaris impatienter ferens. eiq; subiici nolens.

Linea regum Egipti. Ptolomeus Dyonisius

Ptolomeus dyonisius duodecimus egyptiorum rex. regnauit annis triginta. Ad eum Pompeius accessit vt auxilia ab eo acciperet. Cui propter teneram etatem tutor eius a senatu datus fuerat verum vir ingratissimus pompeiuz occidit. Mortuo igitur pompeio cesar Alexandriam profectus a Ptolomeo patricida insidias pertulit qui insidiantium hostium inopinata multitudine circũuentus scapha cesar confugit. qũa mor sub sequentium pondere mersa per duos cẽtos passus ad nauẽ vna manu qua carthas tenebat eleuata natando peruenit. Sed paulo post naual prelio regiam classem cepit. At vbi etiam Ptholomeꝰ liber euasit cesari enim denuo bellum intulit. qui cum omni exercitu deletus est Rex scapha exceptus fugiendi causa multis insidiantibus demersus est. Cuius corpus ad littus deuolutum lorice aureate inditio cognitus fuit. Ac si Cesar Alexandria potitus cleopatrã ipsius Ptholomei sororem ab exilio euocauit. eiq; regnum contulit. que post regio comitatu vrbem ingressa est.

Cleopatra

Cleopatra Egypti regina Dyonisij Auletis filia quem propter flagitia Alexandrini eiecerunt. Tamen post mortem fratris Cesar reginam constituit. Post mortz vero cesaris & res in philippis gestas Antonius in Assyam profectus est. & Cleopatrã sum-

mis complectus est honoribus adeo vt eam si bi vxorem acciperet ⁊ filios ex ea procrearet. Ambo etiam in attico bello fuerunt. deum ve ro ab Augusto superati sunt. Nam antonius augustus in nicopoli vrbe captum coegit sibi ipsi manum inferre. Cleopatram vero vt vi nam in potestatem reduceret. que paulo post ⁊ ipso in vinculis. alios enim in sepulchro An tonij viri sui clam admoto aspidis morsu con cidit. hec quippe nulla fere nisi oris formosi tate ⁊ vere claritatis nota refulsit. Sed econ trario auaritia crudelitate atq; omni luxuria mando conspicua fuit. ac sic lagidarus seu egy ptiorum regum imperium euersum est. quod per annos triginta ser. sub regibus tredecim p mansit. ⁊ augustꝰ furentē egiptū cōposuit.

Antipater filius Aristoboli ⁊ Crispis vxoris eius quattuor filios ⁊ vnicam filiam habuerunt. quem antigonus apud cesarez accusabat. Is veste protecta vulneta demonstrans. verbis non opus esse cicatrices fidelitatem ostenderet inde procurator iudee declaratus est. post hec faselum hierosolimis natu maiorem sub se procuratorem statuit ⁊ herodem galilee profecit.

Herodes antipatris idumee filius a romanis iudeorum regnum suscipiens. regnauit annis tiginta septem. Antipater enim tempore Sabine syrie prefecti adeo virtutibus claruit vt regium coniugium meruerit. Et regis arabum neptis vxorem acceperit. Et qua quattuor filios suscepit scilicet phaselum. herodem hunc cognomẽto ascalonitã. iosippum ⁊ feroam. ⁊ vnicam filiam nomine salomam. postea veneno extinctus. Et phaselus primogenitus interfect⁹. herodes ad antonium confugiens. inde iudee rex coronatus. Contradiditq; ei augustus traconitidem ⁊ ituream totamq; maritimã. Edificauit autem in ascalone demum regiam. Et deinde agnominatus est ascalonita. Natione enim idumeus fuit ex patre arabs vero ex matre. Et extunc christi domini nostri natiuitate vicina. Regnum ⁊ sacerdotium iudee quod prius per successiones maiorum tenebatur destructum ẽ Ac sic moysi prophecia completa. Non defecit princeps de iuda. nec dux de femoribus eius. donec veniat cui repositum est. ⁊ ipse erit expectatio gentium. Ipse suscepto regno samariaz a fundamentis erigens. Augustam in honorez augusti idest sebasten appellauit. Posuitq; aq̃lam auream super speciosam portam templi iudeis egreferentibus. Fecit quoq; herodion in quo sepultus est. templum magnificentissime decorauit. Demum anno vicesimo sexto hyrcanum principem sacerdotum ⁊ eius filium q̃ patri in sacerdotio succedere debuerat interfecit. Sororemq; eius vxorem suam cum duab⁹ filijs propijs iam adolescentibus atq; vxoris matrem omnes interemit. Predictis quoq; crudelitatibus hoc addidit. q⁹ sororis sui nomine Salome virum occidit. ⁊ cum eam alteri vxorem dedisset etiam ipsum e vita sustulit. Scribas preterea omnes ac divine legis interpretes simili scelere peremit. Postremo funestissim⁹ vir cum domini nostri Jesu christi natiuitate magorum inditio cognouisset omnes parvulos bethleem gladijs interemit. Quo facto repente morbo interactis percussus ⁊ scatentib⁹ toto corpore vermibus miseram exalauit animam. quinq; enim superstitibus filijs relictis scilicet. Archelao. herode antippa. Antipatro Lysania ⁊ Philippo. Et quibus quattuor fuere tetrarche vt ex sacrosancto euangelio habetur ac legitur.

Agrippa colonia que ad sinistri rhenum latus sita est. locus ⁊ situ ⁊ flumine clarus ⁊ populo. quaz alij scribunt Agrippinam dictam que nunc Colonia dicitur. Ea inferioris germanie vbinorũ vbs ad citeriores rheni ripas sita Temporibus eiꝰ enee troiani a quodam Troiano colono nomine (vt Sicardus cremonensis habet) initium sumpsit. sed postmodum Claudij impatoris iussu qui agrippine maritus fuit. ⁊ vbiorum populus a sueuis fugatis instaurata extitit. ⁊ ab Agrippa vxore ex eorum progenia ducta appellata. quam vbem sic conditam vbi populi habitare ceperunt. Veriores tamen hystorici omnes asserunt q⁹ M. Agrippa Collonie illius auctor fuit. Qui licet multa domi multa foris preclara construxit. illam tamen ex omnibus dignam censuit. cui suum nomen imponeret. Edificator ac bellator egregi⁹ dignusq; habitus. quem Augustus sibi generum ex toto orbe diligeret. non qualiscunq; filie. sed dilecte sed vnice. sed auguste. Is vbem in emulationem Treueris opulentissimam ordinauit. vt seditiones gallie comprimere posset. Hildericus autem rex francorũ longe postea ex agrippina fautores Egidij romani eiecit. Francis impositis ex francorum incolatu Coloniaz appellauit quanq; nonnulli Coloniam romanorum esse direrunt Que ciuitas cum Romanorum socia esset. fatali igne consumpta est. in qua capitolium ⁊ edificia ⁊ ritus Romanoruz fuere ⁊ adhuc nonnulla extant. habet enim capitolium ad effiginem romani. nisi quod pro senatu illic pacis ex etiam belli consilia agitante. hic famosi iuuenes ac puelle nocturnas laudes deo omnipotenti concinunt eterna concordia. Ibi etiam rotarum. et armorum strepit⁹ ac gemitus captiuorum. hic quies ⁊ gaudium ac incantium voces. deniq; illic belluz illuc pacificus triumphator ingreditur. Videtur ibi tẽ

quamuis inerpletum. quod haud immerito summum vocant. Magorum vero ibi regnū corpora ab ortu vsq; ad occasum tribus saltibus trāsuecta. Quos ad Etherenum quondam regem ad presepia vagientem cum muneribꝰ veneratos legimus. hec libera ac insignis vrbs Metropolis est Cuius archiepiscopus Romanum elegit impatorem. In ea enim vrbe multi scientia ⁊ sanctitate claruere viri. quorū de numero Seuerinus ipsius vrbis colonie episcopus. Et etiam Albertus magnus. cuius corpus apud predicatores obseruatur. Ibi enim quinquaginta ex Thebeorum legione cursum sui agonis compleuerunt. Ibi etiaz sancta Vrsula de regali progenia nata cuz vndecim virginum milium. ⁊ alij nonnulli in ea martirium promerunt. Mirum autem et quanta ibi ciuilitas que vrbis illius species. que etenim virorum grauitas. que mundicie matronarum Peruetustum gentis vrbis Colonie ritum esse vulgo per singulos presertim femineo. Franciscus enim petracha scribit. Qui enim hoc insigne speculatum vidit. In vigilia enim sancte Johannis baptiste cum sol ad occidentem vergit. Omnis ripa preclaro ac etiam cum ingenti mulierum agmine tegitur. et incredibilis etiam sine offensione concursus erit. vicissimq; alacres pars cum herbis odoriferis intinctis reductisq; post cubitum manicis cādidas in gurgite manus ⁊ brachia lauant. Et tradūt omnem totius anni calamimitatem eminentem fluuiali etiam illius diei abulitione purgari. ac etiam deinceps letiora succedere. Itaq; lustrationem esse annuam in exhausto semper studio cultum colendumq; O nimium felices rheni accole. quorum ille miseras purgat germanie superiores nec enim hister nec etiam albis ytaliorum nec etiam padus vnquam potuit seu valuit purgare. nec tyberis pigriora sunt hec flumina. Prope enim coloniam vrbē aquensis vrbs Aquisgrani nominata seu dicta est Karoli magni sedes. et in templo marmoreo verendum est Barbaris gentibus illius principis sepulchrum seu sepultura. is enim statuit vt omnes successores sui primam inde coronaz regiam. Et cum hoc puma inde imperij suspica capescerentq; seruatur. seruabitur enim q̄zdiu Romani ferna imperij theutonica manus ager.

Colonia

L Pompeius

L Pompeius historicus ⁊ orator: atellanarum scriptor. per hoc tempus (eusebio teste) clarus fuit. qui geographie libellum edidit: in quo urbiem distantias ⁊ loca q̄ q̄ mansuerat

Leonius

Grammaticus leo nē doctissim⁹ Gn pompei libertus. is iussu domini sui Pompei commentaria in medicina. que pompeius deuicto metridate i suis scrinijs compererat in nostrum transtulit sermonem. metridates enim medicine curiosus ab omnibus curiosius ab omnibus subiectus suis singula medicinalia exquirens commentationum horū exemplaria in archanis suis reliquerat.

M. Agrippa

Agrippa genet octauiani edificator egregius rome que multa construxit in edilitate sua adiecta virginea aq̄. ceteris q̄ corruatis atq̄ emēdatis lacus septingentos fecit. id q̄ finit quod octauianum augustum populo romano vinum petenti subiratum respondisse scribit suetonius tot aq̄s introduxit agrippa genet meus ⁊ vinū queritis colonieq̄ nomen ⁊ dignitatem dedit.

Augusta



Augusta vindelicorum inclita ⁊ superioris germanie urbs vetusta Cuius originem aliqui quam vetustissimaz ostendere cupientes fiarti ceteri mortalium. gētem suevorum a Japhet descendentem. eam primo inhabitasse prouinciam scribunt. Ibiq̄ eam condidisse vbi habundantia aquaruz salubris aer ⁊ alia oportuna de facili haberi possent. Venientes enim sucui ad retiam locuz aptum considerantes. ⁊ ad tuendum natura munitum ob concursum duoruz rapidissimorum fluuiorum vide ⁊ lice. hanc vrbez primo edificauerunt. eamq̄ vindelicam a vinda ⁊ lico appellabant. Ea enim regio postea vsq̄ ad alpes vindelica dicebatur. Vniuersaq̄ montana pars in orientem ⁊ austrum vergēs a rhe-

tis vindelicti∫q; tenet vt Strabo ponit. Eam autem more vetu∫to vallo ac fo∫∫a cinxerunt amazones po∫tq; europaz inuaserunt sueuos ∫ub marsepia in∫ictis armis ⁊ securis preacutis et hac vibe cedere vsq; ad alpes coegerunt ⁊ de∫olatam reliquerunt. Cum hec ante cladez Troie peracta ∫int. Eam ciuitatem ante Troyam finiſſe opinantur. Et temporibus exitus filiorum iſrahel de egypto ante romam quingẽtos ⁊ quinquaginta annos conditam aſſerũt Quam quidem a Troyanis ortam dicunt Eligentes autem ſibi deam zizam quam cererem finiſſe opinantur. A qua hec vibs zizarja dicta Cuius templum vsq; ad tempora romanorũ inuiolatum permanſit. Id vetuſtate collap∫um nomen colli ſeruabat. Qui ab incolis. Eyſenberg hodie vocitatur. Per vindelicos deinde ac rethos florentiſſima cum muris ac propugnaculis facta. A Romanis plurima bella perpeſſa eſt. Cum libertatem ſemper optaret ſe a romanis vindelici alienarunt. Ideo diuus Octauianus Auguſtus Titũ Ennium pretorẽ cum legione marciaac alijs ducibus in eos mi∫it. In qua Anar bogudis regis filius adole∫cens in armis apud grecos ⁊ latinos peritus Et varro tribunus militum claruerunt. Hij ciuitatem in fine eſtatis multitudine romanorum obſeſſam varijs affecerunt incommodis In ea oppugnatione Anar grecus occiditur. Et in vico criechiſaueron vbi ſepultus fuit tale epigramma reperitur. His nomen terris bogudis dat regia proles. Grecus anar pecudis. de ſueuis morelittatus. Periit ⁊ pretor cum legione marcia vt pauci ſupereſſent in ea clade qui rem geſtam recitarent. Locoq; cedis nomen dedit predita legio in media nunc ciuitate perlach dicta. Ideo ſcribitur. Indicat hec collis romanam nomine cladem. Marcia quo lehio tota ſimul perit. Varro verrem nominat amne tranſmiſſo in paludibus ſe occultans larui vernenſee nomen dedit. Is enim poſtea cõſul Sicilie infeliciter obijt. Et vt Suetonius refert q; Octauianus Auguſtus omnes graues ignominias cladeſq; duas omnio nec alibi q; in germania accepit. Ioliam atq; varrianam vatrianam pene exiciabilem tribus legionibus cum duce legatiſq; ⁊ etiam auxilijs communibus ceſis. Deinde etiam auguſtus per tiberium Neronem (Cum druſus frater eius renales regiones aggreſſus eſt) poſt vatrianam cladem effluxo trienno Vindelicos devicit atq; vibem ipſam eorum immunitam reddidit. Et vt etiam verba Strabonis libro quarto affirmant. Tribus Romanorũm milibus Ceſar Auguſtus miſſis Vibem Auguſtam habitandam tradidit. quo etenim in loco Varro caſtra iam habuerat. Claudius Druſus tamẽ eam poſtea inſtaurauit. Muris ac turribus eam ampliauit. Cunq; auſpicijs Auguſti victa ⁊ aucta erat in honorem Auguſti Octauiani Auguſtaz appellauere. De his enim bellis Oratius in odis mentionem facit. Videre heti bella ſub alpibus druſum gerentem vindelici. Quibus mos vnde ductus per omne temp⁹ amazoma ſecuri dextras obarment ⁊ cetera. Cum autem Sueui qui potentia ⁊ hominum frequentia reliquos antecellunt. hanc vibem pro tutiſſimo elegerũt. Deinde in romano imperio ſtabilis ac fidelis permanſit magnum incrementum habuit ac etiam multa priſce veſtatis monimẽta in ea relicta ſunt. Anno autem ſalutis quarto ⁊ quinquageſimo ſupra nongenteſimum ⁊ vltra Vngeri Germaniam ⁊ Sueuiam vaſtantes. Auguſtã ciuitatez obſiderunt. varijſq; cladibus noricos Rhetos ac Sueuos afflixerunt. Otto vero primus imperator aduerſus eos pluribus diebus decertauit. Eoſq; tandem ad internitionem prope auguſtam vibem deleuit. Tres quoq; in eo prelio eorum regulos captos a militibus ſuis ad eum perductos cum ob clementiam ſeruare conerẽtur. Sueui (eo nolente) ſuſpendio necarũt Cecidit enim in eo bello Diopoldus comes frater ſancti Vdalrici epiſcopi et Regniboldus filius ſororis ſue. Deinde diuus Vdalricus epiſcopus vibem Auguſtam illuſtriorem fecit. et eccleſiam ſancte Auffre martiris inſtauravit. Que olim ab Attila et nunc ab hunis leſionem ſenſit. Et eccleſiam ſancti Johannis ⁊ ſancti Stephani conſtruxit. Ornaturq; hec imperialis ciuitas publicis ⁊ priuatis edificijs pulcherrimis. Et preſertim baſilica epiſcopali ampla beate Marie virgini dicata. Et cenobij ſancti Vdalrici ordinis dini Benedicti in quo corpus eiuſdem ſancti epiſcopi Vdalrici ⁊ etiam corpus ſancti Simperti epiſcopi ac etiam corp⁹ ſancte Auffre martiris ac etiam plurimorum aliorum ſanctorum corpora precipuo honore ac reuerentia obſeruantur. qui Auguſte varijs ob tormentis martirium promeruerunt.

TRes soles post mortem Julij cesaris sequēti die exorti sunt et apparuerūt in oriēte. qui paulatim in vnum corpus solare redacti sunt ⁊ in eundē orbez comenerūt. significantes dīm Julij antonij ⁊ M. antonij atq; Augusti in vnā monarchiā reducendum. vel potius qz noticia trini ⁊ vnī⁹ dei toti orbi futura imminebat. Bos quoq; aranti in suburbāo rome locut⁹ē dicēs frustraſe vrgeri qz i breui magī hoīes desitos eē q; frumita

BIbliotheca toto orbe terrarum nominatissima. quadraginta millium librorum in egypto combutitur. ibi accurata diligentia in colligēdis libris per veteres laudatur. Nam Aristoteles ⁊ bibliothecam ⁊ scolam Theophrasto reliquit. Et primus fuit (vt Strabo arbitratur) qui libros cōgreganit. ⁊ egypti reges bibliothece ordinē docuit. Deinde Theophrastus Neleo tradidit. Neleus sepsim detulit ad homines imperitos qui libros inclusos ac negligentes compositos tenebant. Ptholomeus quoq; philadelphus maximum numerum librorum collegit. Et vt Seneca tradidit quadraginta milia librorum alexandrie arserunt pulcherrimum regie opulentie monimentum. sicut ⁊ Livius qui elegācie cureq; regum egregium id opus ait fuisse. Non fuit eloquentia illud aut cūra. sed studiosa luxuria. immo nec studiosa quidem quando non in studium sed in spectaculum comparauerant. sicut pleriſq; ignaris etiam seruilium litterarum libri non studiorum instrumenta sed cenationum instrumenta sunt.

Salustius

SAlustius romanꝰ hystoricus ac philosophus Ciceronis emulus rome claruit. Is fuit nobilitate veritatis insignis hystoricus quippe qui d bello catilinario. necnō ⁊ de bello iugurthino libros edidit celebres. acnōnullas scripsit epistolas.

M. Varro

MArro vico atlce ⁊ narbonensi prouincia natꝰ rome ni precio plurimū fuit eruditissimus quidē ⁊ acutissimi ingenij vir. atq; in oi seculari eruditione peritus. q annū agens. triginta quinq; grecas litteras cum summo studio didicit. h vir doctissimus vndecunq; qui tam multa scripsit. quā multa vir quenq; legere credamus. hic q; teste Jsidero innumerabiles edidit libros inter quos. 41. antiquitatum precipui. quos in res diuinas humanasq; diuisit. Edidit insup ⁊ librum de lingua latina. ⁊ librum moralem. de quo sententiam ponimus hanc Amici diuitum palee sunt circa grana. Vis (inquit) ei pri amicum calomitosus fias. Scripsit ⁊ libruz de deorū cultu. vixit annis nonaginta.

Virgilius Maro

VIrgilius maro poetarū princeps natione mantuanus parentibus modicis fuit ⁊ precipue petre marone Natus ē Cn. pompeio magno ⁊ M. licinio crasso primuz consul. iduum octobriū die in pago qui andes dicitur. qui est a mantua non procul. Mater eius maia se enixam laurium Ramum somniauit. haud dubiam spem prosperis geniture. Initium etatis cremone egit sumpta virili toga mediolanum. inde paulo post neapolim transijt. vbi cūm litteris ⁊ grecis ⁊ latinis vehementissimam operam dedisset. tā dem omni cura omniq; studio indulsit medicine ⁊ mathematicis. Quibus rebus cuz ante alios eruditior peritiorq; esset. se in vrbem contulit. vbi ab Augusto acceptus fuit. ⁊ illuz pollioni commendauit. Corpore ⁊ statura fuit grandi. Aquilino colore. facie rusticana. valitudine varia. Nanq; plerunq; ab stomacho ⁊ faucibus ac dolore capitis laborabat. Quecunq; ab augusto repulsam habuit nunq; parentibus quot annis aurum ad abundantem alitum mittebat. quos iaz grandis amisit. multa scripsit priapeiam culicem moretum deinde buccolicam postea georgicā in honore macenatis nouissime eneide. Obijt denicq; pridusij anno etatis sue. lv. Cuius ossa in via pu-

teolana neapolim trãslata intra lapidẽ sepulta sunt. vbi inscriptũ est. Mantua me genuit calabri rapuere. tenet nunc parthenope cecini pascua rura duces.

Horaciꝰ Flaccus

POeta horatius laudatissimus. patria venusinus. patre libertino natus. fuit statura brevis. rome liberalibus litteris eruditꝰ. deinde athenis doctissimus evasit familiaritatem M. bruti qui cesarez occidit adeptꝰ factꝰ ab illo tribunꝰ militũ cõtra M. antonium ⁊ augustũ cũ victus fuisset brutus ex clade anfugit. Cũi postea augustus ~~cũ victus fuisset brutus ex clade anfugit. cui postea augustus~~ mecenatis gratia pepercit Liberatus ad poetica se cõuertit. Scripsitqz odas poetriã ⁊ epistolas. Et cum optimis studijs innumerabiles divicias cumulasset. tandez rome moriens augustum instituit heredez. obijt sed etatis sue anno apud mecenatem sepultus

Caius Juliꝰ cesar

Octavianus Augustus

Marcus Antonius

QAius iulius cesar lucij filius. Annuz agens sertumdecimuz patrem amisit. questor iuliam amicam vxorẽqz corneliam defunctus laudauit e more pro rostris edilis preter comicum ac forum basilicasqz. etiam capitolium ornauit. Et pretura deinde sortitus hispaniam cum bibulo consul creatus inito honore primus omnium instituit. vt tam senatus qz populi diurna acta conficerentur ⁊ publicarentur. Sed id tempus calpurniam. L. pisonis filiam successori sibi in consulatu duxit vxorem suamqz iuliaz. Ceno pompeio collocauit. Gessit deinde novez annis bella per omnem fere galliam que a saltu pyrrene alpibusqz ⁊ monte gebenna fluminibꝰ rheno ⁊ rhodano continetur. Eodem temporis spacio matrem primo deinde filiam. nec multo post neptem amisit. confectis bellis quinqz es triumphauit. primum ⁊ excellentissimum egit gallicum. sequentem alexandrinum deinde ponticum postremum affricanum. novissimum hispaniensem. edidit spectacula varij generis. fuisse traditur excelsa statura colore candido teretibus membris ore paulo plenioze nigris vegetibusqz oculis valitudine prospera. nisi qz tempore extremo repente animo relinquiatqz etiam per somnium exterreri solebat. habitauit primo in subura modicis edibus. post pontificatum maximuz in sacra via domo pub. In obeundis expeditionibus dubium cautioze an audacioz. Compositis vbiqz civilibus bellis vbis ⁊ orbis monarcham tenuit. Et olꝑ piade. 183. romanus imperare cepit ⁊ imauit annis quattuor mensibus septez A quo deinde romanoruz princeps cesares appellati sunt. Cum autem contra morem libertatis honores ex sua libertate prestaret. conspiratum est in eum a seraginta amolius. C. cassio. M. qz ⁊ decimo bruto Ei tamen futura cedes cui dentius prodigijs denunciata est. Cũqz in capitoliuz applicuisset conspirati specie officij circumsteterunt. a quibus tribus ⁊ viginti vulneribus confossus est. Hunc vite exitum cesar habuit anno etatis sue. lvj. Cuius corpus Cãpo marcio p rostris combustũ est. percussoꝝ autem fere neqz triennio quisqz amplius superuirit. neqz sua morte defunctus est.

OCtauianus Augustus patre Octauio senatore genitus natus est. M. T. cicerone ⁊ Antonio consulibus. ix kal. octobris paulo ante solis ortum. In quarto anno patrem amisit. duodecimum agens annum auiã iuliã defunctaz pro contione laudauit. quadraginta post virili toga sumpta. militaribus donis triumpho cesaris affricano donatus est. Bella civilia quinqz gessit. mutinense philippẽse. parusiũ siculũ. actiacum. Et quibus primũ ⁊ novissimũ aduersus brutum marcum antonium Secundum aduersus brutũ ⁊ cassium. Tertium aduersus antonium triumuiri fratrem. Quartum aduersus sextum Pompei filium. Inicium horum ⁊ causa fuit ob necem auunculi iulij. Domuit qz cantabriam. aqtaniã. pannoniã. dalmaciã cũ illirico omni. Jtẽ rhetiã ⁊ vindelicos ⁊ salassos gẽtes alpias coercuit. ⁊ dacoꝝ incursiões tribꝰ coꝝ duci-

bus cum magna copia cesis. Germanosq; vltra albim fluuiu; summouit aliasq; nationes male quietas ad obsequium redegit. Publica opera plurima extruxit. Spectaculorum ⁊ assiduitate ⁊ varietate ⁊ magnificentia oēs antecessit. Sponsam habuit adolescens. P. seruili filiā. Sed reconciliatus antonio p̄ignam eius claudiaz duxit vxorem. vir dum nubilem ac simultate cum filuia socru exorta intactam adhuc scriboniam in matrimonium accepit. cum qua diuortium fecit. Ac statim liuiaz dusillam matrimonio Tiberij Neronis ⁊ quidē pregnantem abduxit dilexitq; vnice ac perseueranter. ex scribonia iuliam. ex liuia nihil liberorum tulit. Juliam primū marcello deinde vtis obijt M. agrippe nuptui dedit. Nepotes ex agrippa ⁊ iulia tres hūit ⁊ neptes duas. Forma fuit extincta ⁊ per omnes etatis gradus venustissima. oculos habuit claros ⁊ nitidos. capillum leuiter inflexum ⁊ sufflauū. supercilia coniuncta. mediocres aures. nasum ⁊ a summo eminentionem ⁊ ab imo deductiorem. Colorem inter aquilum candidumq; staturaz breuem. Eloquentiam studiaq; liberalia ab etate prima cupide ⁊ laboriosissime exercuit. Multa varij generis prosa oratione composuit. Denicq; cum de oriente victor reuersus esset. tunc p̄mū Augustus eo q; rempublicam auxerat consalutatus est. Et ex tunc summam rerum potestatem quam greci monarchiam vocant adeptus est. A quo postea Augusti romanorum reges appellati sunt. Aurit ornauitq; romam edificijs multis. isto glorians dicto Vrbem latericiam reperi. marmoream relinquo. Jmpauit annis quinquaginta ser. Janum quirinum semel atq; iterum a condita vrbe ante memoriam suam clausum. terram mariq; pace parta intercluſit. per quam pacis tempora saluator noster Jesus christus nasci voluit. Js tandem nole succubuit omnibus dimissis in oculis liuie ⁊ in hac voce defecit. Liuia nostri coniugij memor viue ac vale sortitus exitu; facilem ⁊ qualem semper optauerat Anno etatis sue septuagesimo octauo.

Vrbem Augustum moueraz.

Marcus Antonius cōsul a senatu hostis adiudicatus missi ad eum persequendum pansa ⁊ hircius ⁊ octauianus adolescens. Deinde cesar cum Antonio pacem fecit. ac sic inter eos diuisa est respublica. vt Augustus hispanias gallias ⁊ italiaz teneret. Antonius asiam pontum ⁊ orientem Js postea repudiata sorore cesaris Augusti octauiani Cleopatrā regina egypti duxit vxorem. cōmouitq; bellum ciuile. dum cupiditate muliebri optaret. vrbe regnare. victus est ab augusto nouali pugna apud accium qui locus in epiro est. ex qua fugit in egyptum ⁊ desperās rebus cum omnes ad Augustum transirent ipse se interemit. sicq; egy ptus per Octauianū imperio adiecta est.

Sybilla Thyburtina Octauianus

Sybilla tiburtina vates precipua aut propriū nomen albumea fuit. in italia floruit ⁊ multa predixit. ⁊ quia tiburtine ciuitati iuxta amonis ripas vt dea colebatur. ideo tiburtina dicta fuit. in gurgite ipsius fluminis cuius simulacrum tenens in manu librum inuentum fuit. hanc Augustus octauianus (cum Romani ei diuinos honores exhiberent) consuluit. Que post trium dierum ieiunium respondit ea que diuus Augustinus refert. iudicij signum tellus sudore madescet. E celo rex aduenict per secula futurus. Et sunt vigintiseptem versus quorum vltimus est. Detinet e celo igniſq; ⁊ sulphuris amnis. quorum capitaliū lre teste eodē. hūc sensum reddūt ihs xps dei filius saluator. Quibus dicet illico (videte augusto) celū aptū ē ⁊ nimius splēdor irruit super eū. viditq; in celo pulcherrimā vginē stātē i altari puerulū baiulātē. q; visa repēte ⁊ vocez audiuit dicentem. hec ara filij dei est. atq; ita Augustus in thalamo suo existens. hoc audiens et videns in terram procidit ⁊ deum adorauit. Quamobrem Augustus cesar deum se appllari omnio recusauit. quo in loco postea ad rei memoriam templum sub titulo sancte

Marie virginis in ara celi edificatuz fuit. quez locum ordo beati Francisci excolendum nunc possidet. Alij describunt eam non senem cuz veste rubea. t pelle hircina in humericum capillis dispersis in manu hoc scriptum tenentem. Nascitur enim Jesus christus omnipotentis dei filius in Bethleem. Annunciabitur in nazareth regnante thauro pacifico fundatore qetis. O felix illa mater cuius vbera illum lactabunt.

PRodigia se nativitate domini nostri Jesu christi visa. olei fons (vt eutropius t alij testantur) Rome et taberna meritoria in transtiberina regione ex terra per totam effluxit die. denuncians christi gratiam omnibus gentibus datam. quo etiaz die aureus circulus circa solem apparuit. Romuli quoq; statua t templum pacis corruere

Ouidius naso poeta

PUbl. Ouidius naso poeta sulmonensis clarissimus poeta hac tempestate rome claruit. t multa conscripsit. hic ex sulmone bucionuz oppido ortum habuit. vt ipse testatur. sulmo mihi patria e gelidis vberimus vndis. miliaqz nonies distat ab vrbe decem. Is apud athenas primo poeticam deinde philosophicam disciplinam optime didicit. veniensqz romam apud Augustum cesarē et vita t carmine plurimum valuit. Sed multorum post dierum curriculo anno etatis sue quinquagesimo ab eodem Augusto in pontū insulam apud sarmatas relegatus est. de hoc in libro de ponto ait. Nasa minus prudens artem dum tradit amandi. doctrine triste preciū magister habet. cuius qppe mores ea erāt facilitate qua t carmina. tandez anno quinto im-

Titus liuius historicus

perij Tiberij cesaris. etatis vero sue. liiij. obijt.

TJtus liuius patauinus magnus t hystoricoz tam grecoz qz latinoz princeps. anno. xvj. ante xpi aduentum rome claruit. Et Hieronimus diuus ex verbis plinij de eo scribit. Ad titum liuiū lacteo fonte manantem de vltimis hyspanie galliarūqz finibus quos dā venisse nobiles legimus vt quos ad contemplationem sui roma non trahere at. vnius hois fama poterit. habuit illa etas inauditū oibus seculis celeberrimūqz miraculū. vt vrbē tantā ingressi. aliud extra vrbē quererent. hic ab augusto honorib9 t diuitijs honorat9 fuit diligentissim9 historiarū indagat. c. t. r. historiaz libros ēscripsit Cui9 opm maximā ptē. tpoz malignitate) amisim9. Vixit ānis. 80. t. iiij. imperij tiberij cesaris anno patauij obijt. t ibidez sepultus. cuius sepulchz adhuc in diue vginis Justine vestibulo extat his titul' adornatū. T. liui9. T. fi. q̄rte legiōis. Alijs ꝯcordial' pataui sibi t' suis oib9. Ei9 ossa cū postea inuēte fuissent veneti qui p̄toriū ipius vrbis ꝯcrematū instaurauerūt in ꝯspectu ipi9 fastigio collocauerunt.

Valeri9 maxim9

UValeri9 maxim9 romanus phs t orator lucidissim9. anno. xv. añ xpi aduentū rome clar9 fuit. ac augusto cesari carissim9 habit9. q̄ inter cetera libros. ir. sermōe lucidissimo cōposuit. s. de dictis factisqz memorabilib9 viroz q̄ apud ro. t grecos habebant illustres addēs etiā ex ppriis nōnulla ad virtutū cōmē datoz ptinētia. Ex qb9 hāc mēoriabilē excerpimus sniaz. lento em gradu ad vindictā sui diuina ꝓcedit ira. tarditatēqz supplicij grauitate compensat.

Solinus

SOlin9 q̄z historicum t oratorē grauissimū tēpestate istac ex libris ip̄i9 floruisse ꝓscim9. cū t ipse collectanoz libz optimū edidit. t ad augustum cesarē rome obtulit. in q̄ silr terrā pigit ac vrbiū distātias t loca multa mēsurat. eūqz libz collectaneū. i. de mirabilib9 mūndi appellauit.

Strabo

STrabonez etiaz historicū t geographū ac phm. nec hon homerice maiestatis exp̄sitorē. vt q̄busdam placet natiōe cretēsez hisdez tpibus illustre fuisse ex opibus suis inuenim9. q̄ cū doctissim9 vir eēt t magnarum rez cognitione peritissimus haberetur. Inter cetera sue virtutis monimēta de geographia mundi decem t

septem libros perpulchros edidit. In quibus vel omissas vl neglectas aut vetustate oblitas orbis partes ad vnguem restituit Et diligentissime designauit. populos nationes res gestas montes. maria. z eorz terminos ante oculos nostros clarissime posuit. hic ex mitridatis regis sanguine maternali linea ouginez habet z duxit. Cuius clarissimum opus diu latius incognitum. Nicolaus papa quintus per Gregorium Typernatez transferri in parte voluit. Reliquum vero operis mancum videlicet europam Guarinus veronensis absolutum reddidit.

Joachim Anna

Anna mulier hebrea Issachar iudei filia in coniugium Joachim viri sanctissimi de tribu sua tradita. Cum diu sterilis esset z sine prole stetisset. post enim multas orationes z lachrimas susas tandem angelica monitione premissa mariam futuram dei genitricem genuit filiam. Que procreata mor Joachim viro defuncto nupsit alteri viro nomine Cleophe. de quo etiam alteram Mariam Cleophe nomine genuit ac suscepit filiam. Cleophas autem mariam filiastram predictam Joseph copulauit vxorem. Sed z Mariam filiam suam Alneo tradidit vxorem ex qua nati sunt Jacobus Alphei z Symon chananeus et Judas thadeus. Mortuo quoqz Cleopha. Anna tertio secundum legez Moysi alteri viro nomine Salome nupta est. ex quo terciam filiam nomine Mariam Salome genuit. que tandem viro zebedeo desponsata est. que Jacobum maiorem z Johannem euangelistam peperit filios. hec quippe Anna vxorem nomine ysmeriam habuit de qua nata est sancta Elizabeth sancti Johannis baptiste mater. Anna enim cuz in preceptis z vijs domini dei omnipotentis toto tẽpore vite sue ambulasset plena dierum quieuit in domino.

Zacharias hebreus de vica abia sacerdos z propheta domini omnipotentis diui Johannis baptiste genitor. vir totius sanctitatis exemplar Elizabeth virginis marie consobrinam duxit vxorem. Ambo quidẽ in ꝯctis pieate z gratia dei sctissimi

Qui cũ diu sterilis fuissent z iam Elizabeth processisset in dies suos z muliebria ei fieri desijssent. dominus eorum orationibus permotus. filium tandem Johannem baptistam dedit. Nazcum zacharias in ordine sacerdotio fungeretur z incensum adoleret. S[illegible]em plum domini dei [illegible] sus vidit in dextera [illegible] altaris incensi angelum. quo territo. Ait angelus ad eum. Ne timeas Zacharia. vxor enim tua se quenti anno pariet tibi filiũ z multi in eius natiuitate gaudebunt z erit magnus coraz domino deo omnipotenti. Vinum z siceram non bibet Zacharias vero ait ad angelum. ego iam senex sum. z vxor mea processit in diebus suis. Angelus in credulitatis signum dixit ei. quia mutus eris quousqz hec implebuntur. Zacharias templi fores egressus cum nec loqui posset intellexerant eum visionem vidisse. abiens in domum suam z statim Elizabeth concepit. et pre verecundia quinqz mensibus se abscondit z occultauit. In serto deniqz mense Maria virgo z mater domini dei nostri iesu christi dei patris filius a spiritu sancto impregnata ad salutandam cognatam suam Elizabeth perrexit. Cuius enim salutationem sensit Elizabeth. et exultauit infãs pregaudio in vtero matris. Peperit deniqz filium Elizabeth z omnes vicini z cognati ei congratulabantur. Cum vero die octaua puer circumcideretur immuerunt patri eius Zaria quem vellet vocari eum. Accipiẽsqz calamum scripsit. Johannes est nomen eius z confestim apertum est os eius z prophetauit dicens. Benedictus dominus deus israhel z cetera. Tandem in omni sanctitate vt propheta defunctus est

Elizabeth vxor

Maria virgo

Maria beatissima ac glorioſissima dei genitrix. virgoqz perpetua ex radice iesse exorta Anno vicesimooctauo imperij Augusti in Nazareth ciuitate iuda patre ioachim matreqz anna nascitur. puella siquidem elegantissima in omniumqz oculis

admirabilis. quam cum mater ablectasset. tertio etatis sue anno iuxta votum templi seruitio cum reliquis virginibus mancipatur. quo in loco preter etatem sicut ceteras nobilitate ⁊ pulchritudine precellebat. ita etiam doctrina ⁊ sancte ac religiose viuendi rationem ab ipsis teneris annis ei⁹ ⁊ exemplo ⁊ lectione didicit. adeo vt breui ⁊ religione ⁊ sanctitate. nec non ⁊ humilitate. tum enim in rebus diuinis tum etiam in rebus humanis reliquis sacris virginibus fieret incomparabilis. Quamobrem deus delegit eam in matrem incarnationis filij sui. Et cum tredecimus etatis sue explesset annum diuino eñ disponente consilio Joseph de tribu sua connubio cõiuncta fuit. quadesponsata confestim archãgelus Gabriel in Nazareth ad eam venit ⁊ magno lumine coruscans virginis thalamum venerabiliter intrauit. ⁊ eam his verbis salutauit dicens. Aue gratia plena dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. et benedictus fructus ventris tui. Adiecitq; Inuenisti enim gratiam apud dominum deum. Ecce concipies ⁊ paries filium ⁊ vocabis nomen eius Jesum. Hic eñ erit magnus ⁊ filius altissimi vocabitur. Ad hec Maria respondens. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. Et subito verbum caro factum est. Quibus enim gestis repente ad Elisabeth cognatam suam visitandam prexit. vbi per tres menses permansit. Ibiq; mirificum cecinit carmen. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est ⁊ sanctum nomen eius ⁊c. Edito itaq; Johanne baptista Maria iam grauida domum rediit. quod vbi Joseph vir eius didicisset eam esse pregnantem. decreuit ipsam occulte dimittere. Sed eo hec cogitante. (vt Mattheus euangelista ait) Angelus domini per somnum ipsum monuit q̃ natum in eo erat hoc de spiritusancto esse cõtestatus est. Reliqua vero beatissime virginis marie gesta et obsequia ⁊ actus vite eius vsq; ad passionez filij eius. ex euangelio colligi possunt.

Johes baptista

Zacharias Elizabeth

Johannes babtista christi Jesu precursor ex sanctissimis parentibus Zacharia ⁊ Elizabeth natus. vir ab ipso matris sue vtero sanctificatus. ⁊ inter mulierum natos (domino testante non surrexit maior isto. quippe pheta ⁊ plusq; propheta fuit cũ christum redemptorem digito mõstrauit dicens. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Is transactis infantie annis licet tenellus et parentibus antiquis vnicus ob amorem celestis patrie heremum petijt. Post hec cum trigesimum vite sue annum attigisset duodecimo imperij Tiberij cesaris anno procurãte pontio pilato iudea; factum est verbum domini super eum in deserto. Et venit in omnem iordanis regionem predicans baptisma penitentie. eam obrem multis ad eum concurrentibus singulis quibuscunq; interrogantibus. conuenientia dabat responsa. Demum ab herode Antipa paulo ante predicationem christi captꝰ carceri mancipatus. Arguebat enim ipsum dicẽs. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Et illa instigante per annuz pedore carceris ⁊ maxima inedia cum macerari fecit. post annum aduenientedie natalis Herodis conuocauit cunctos gallilee principes ⁊ nobiliores ad conuiuium. Quibus epulãtibus herodiadis filia vocibus gestiuit. ac saltauit. ⁊ summe placuit regi. qui iurando pollicitus est dare q̃cũq; postulasset. a matre p̃monita petijt caput Johis i dẽsco. Rex iratꝰ ppt̃ iusiurãdũ misso spiculatore decollari eũ fecit.

Nativitas beate ac gloriosissime virginis Marie

Decollatio Johannis baptiste.

SExta seculi etas nato domino nostro Jesu christo inchoata est. In principio quadragesimi secundi anni imperij Augusti cesaris. pmo ⁊ trigesimo regni herodis alienigene. ac tertio anno centesime nonagesime tertie olimpiadis. Ab vrbe condita 759. A captiuitate iudeorum. cccc. ⁊ quadragintaquinq;. A dauid regno. M. xxix. A natiuitate Abrahe. 2015. A diluuio noe. 2957. Ab Adam. 5199. A conceptione Johannis baptiste mense sexto. Durabitq; per tempus totum quod gratie appellatur. Et protracta est a xpi Jhesu benedicta natiuitate vsq; in tempus pñs per annos mille quadringentos nonaginta duos. Habebit q; decursum vsq; ad tempora antichristi. aut ad consummationem seculi que nulla generationum aut temporum serie certa. sed veluti decrepita totius mundi morte erit finienda. hanc etatem vt scriptum est quidam ab incarnatione christi incipiunt. quidam a baptismo christi propter vim generatiuam aquis datam iam circumcisione terminata. Alij autem a passione. quia tam aperta est paradisi porta. ⁊ inchoata est septima quiescentium. Et er hac sexta etate regimen ac fundamentum christianum imperium ⁊ summum pontificium cum laude habuerunt.

Joachim Cleophas Anna Salome Joseph iustus

Desponsatio virginis Marie

Simeon Alpheus Maria Maria Zebedeus

Annunciatio dominica

Judas Jacobus minor Johes euāgelista Jacobus maior

Mariamnes

MAriannes regina hebreorũ filia aristoboli ab herode viro suo ob inuidiam occiditur nam vt Iosephus ait tante tamque inuise pulchritudis clara fuit vt non solum eo tempore fomositate feminas anteire crederetur sed celestis arbitraretur imago. Tandez matre z sorore herodi accusatur q effigiem suam ad octauianum transmisisset. vt in sui desiderium prouocaret que cum crederet herodes. capitali. sententia eam occidi iussit.

Herodes ascalõita

NOn defuit princeps ex iudeis vsq ad hunc diem. quo primum acceperunt hunc herodem alienigenam. Tempus quippe erat vt veniret ille cui repromissum erat. quod no uo promissum est testamento. vt ipse esset expectatio gentium. Cessauit ergo ac merito eorum vnctio. hoc est imperium. q ex dãnielis sña scũssanctorum venerat.

IHesus christus dei filius saluator z redemptor noster. Imperij Augusti cesaris qui tuz orbi impitabat anno quadragesimo secundo. Cirino tũm preside vniuerso orbe paccato in bethleem inde nasci tut quem Maria virgo angelo aununciante et spiritu sancto concepit z peperit ad abolendam humani generis labem propter primorum inobedientiaz contractam. Qui nascendo viuendo moriendo resuscitando z in celum ascẽdendo vt deum se ostenderet multa z ñaudita miracula fecit. Quorum primum est quod tam mirabiliter natus sit. Et angeli in celo cantauerunt. Gloria in excelsis deo. ac pastoribus gaudium magnum angeli euangelizauerũt dicentes natum esse mundi salutorem. Deinde octaua die dñatuz fuit in templum circumcisionis gratia. z ihesus appellatus. Postea tredecima die magi ad eum adorandum tribus muneribus in syriam petreterunt. stella duce Hunc puerulum deinde die quadragesimo mater in templum detulit. quez Symeon vir iustus in vlnis suscipiens saluatorem profitendo ait. Nunc dimittis seruum tuum domine in pace z c. Inde post quietem Joseph ab angelo admonitus. vt eum cum matre in egyptum transferret cum futurum esset vt herodes pueros occideret. Ibi vsq ad obitum herodis commoratus Inde in ciuitate Nazareth habitare cepit. propter quod nazarenus appellatus fuit. Cetera ex familiarissima eu angelij historia patent.

Jesus christ9 nascitur Anno mũdi. 5200.

Anno mũdi. 5211 anno rpi. xij.

Procuratores iudee Archelaus

ARchelaus magni herodis filius patre sublato regnauit annis nouez. Ipsum Augustus ob patris amorez cum ceteris fratribus matimo semper honore prosecutus fuit Tandez accusatus ab Augusto apud viennam allobrogum ciuitatẽ relegatus fuit. z fines eius prouincia redacti sũt

Componius

CHristus iheſus agens duodecimum annum cũ parentibus ad diem festum celebrandum hierosolimaz de morte petijt. Ibicz in templo dum inter sacre legis doctores nerus ambiguos solueret. non deus. sed admirande indolis puer ab eis creditus est. parentes vero inde abeuntes cum puez subsequi non viderent solicitudine pleni ad templũ redeũt. tũcz inter sacre legis doctores sciscitantem inuenerunt. a quibus bene monitus in patriam suam cum eisdem reuersus est. z subditus fuit illis.

Marcus Annius

COmponius qui Cirini collega fuit ab Augusto enim cesare. post Archelaum mittitur procurator.

Arcus Componio Romaz reuerso successit. sub quo Salome soror herodis defuncta fuit.

MAnius rufus successit marco. sub quo salome soror herodis defuncta fuit.

DOminus Jesus cum triginta annorum etatis esset ad aperiendam vite eterne ianuam. in iordanis alueo se a Johāne babtisari voluit statimq; vox e celo intonuit. hic est filius meus. tē. ipsum audite. et spiritus sanctus in modum columbe super eum mansit. deinde in desertum quadraginta diebus t noctibus ieiunauit. t postea est tptat. Inde quoq; supatis diabolī temptationibus. Cum postea in templum veniss̄et de eo vendētes t ementes eiecit tē.

Anno mūdi. 5229 Anno christi tricesimo

Valerius Pontius pilat⁹

VAlerius romanus ex illustri grecorum familia natus anno primo imperij Tiberij cesaris ab eo procurator post Annium russum in iudeā mittit. qui magistratu susceptο primus apud iudeos pontificatum vendere cepit. t prefuit annis nouem.

PIlatus natione gallus ex Lugduno vrbe natus vir callidus t facinorosus. anno. xiij. impij Tiberij cesaris Valerio graco predicto abrogato. iudee procurator a cesare designatus. prefuit annis decem. Is suo ingenio iudeorum vesaniam suppressit. t postmodum eorū suggestione ihesum cruci affixit. deinde sibi timens de eius doctrina morteq; admonere liberium curauit. qui eum in deos referendum censuit. senatus vetuit q; non ad se prius sed ad Tiberium scripsisset. inde propter iudeorum accusationes ab officio amotus. apud lugdunum ortus sui ciuitatem perpetuo exilio in opprobrium gentis sue relegatus fuit. t malo fine periit

Anno mundi. 5233 Anno christi. 34.

Linea Imperator Tyberius

TIberius claudius Nero tertius romanorum imperator imperauit annis viginti tribus t aliquot diebus. hic linie Augusti vitricis filius t ipsius octauiani prenepos t gener. nec non t heres fuit. de gente patricia claudia. inter cognomina t neronis assumpsit. Infantiam pueritiamq; habuit luxuriosam t exercitatam. nouē natus annos. defunctum patrem pro rostris laudauit virili toga sumpta. Agrippinā Marco Agrippa genitam duxit vxorem. sublato ex eo filio druso. quanq; bene conuenientem. rursusq; grauidam dimittere ac iuliam Augusti filiam confestim coactus est ducere. non sine magno languore animi. Drusum fratrem in germania amisit. Data fuit sibi potestas tribunicia in quinquennium delegatus pacande germanie status. Cū animaduerteret varrianā cladem temeritate t negligentia ducis accidisse. nihil non de consilij sententia egit. A germanie in vrbem post biennium regressus triumphū quem distulerat egit. Principatū diu recusauit. tandē quasi coactus t querens miseram t onerosam iungi sibi seruitutem recepit imperiū. Postea corripuit cōsulares exercitibus p̄positos q; non de rebus gestis senatui scriberēt. Presidib⁹ onerandas tributo p̄uincias suadentibus rescripsit. Boni pastoris esse tondere pecus. non deglutire. Externas cerimonias egyptios iudaicosq; ritus cōpescuit. Expulit t mathematicos. in primis tuende pacis a latrocinijs seditionūq; licentia curam habuit. Biennio continuo post adeptū imperiū. pedē porta non extulit sequenti tempore preterq; in ppinqua oppida nusq; abfuit. deinde orbatus vtroq; filio quorum germanicus in syriam drusus rome obierat secessum campanie petit. Ceterum secreti licentiam nactus. t quasi ciuitatis oculis remotus cuncta simul vicia male diu dissimulata. tandem profudit. Ideo enim in castris propter nimiam vini auiditatem pro Tyberio biberius. pro Claudio claudius. pro Nerone mero vocabat pecunie parcus ac tenax. neq; opera vlla magnifica fecit neq; spectacula omnino edidit filiq; neq; naturalē drusū neq; adoptiuū germānicū patria charitate dilexit corpe fuit ēplo atq; robusto

statura que iustam excederet. latus ab humeris ⁊ pectore ceterisq; membris vsq; imos pedes equales ⁊ congruens. colore erat candido. capillo penes occipicium summissiore. vt cervicem etiam obtegeret quod gentile in illo videbatur. facie honesta cum pre grandibus oculis incedebant cervice rigida plerunq; tacitus. valitudine prosperrima vsus est. artes liberales studiosissime colvit. Composuit ⁊ carmen liricum. fecit ⁊ greca poemata. Et cum annis viginti tribus varie imperasset. neq; inter malos omnino. neq; inter bonos numerari posset tandem in villa lucullana obijt. octavo ⁊ septuagesimo etatis anno. Sunt qui putant venenum ei a Caio datum lentum atq; tabificū Et morte eius letatus est populus.

Linea pontificum

Annas

Cayphas

POm valerius Romanꝰ a tiberio imperatore procurator in iudeam missus fuit. Is suscepto magistratu primus apud iudeos pontificatum vendere cepit. Et q̄ ad prefuit multos pontifices successive posuit ⁊ amouit. Et primo quidez amanum a sacerdotio amuens hismaelis iabi cuiusdā filium pontificem designauit. sed ⁊ hunc non multo post abijciens. Eleazarum anne pontificis filiū sacerdotio surrogauit. post annum vero hunc ab officio remouēs. Simoni cuidam cemithi filio ministerium pontificatꝰ tribuit. Sz non amplius ⁊ ipse quam vnius anni spacio est perfectus pontificatu. Quo ammodo tandem Caypham pontificez maximum constituit. Virum arrogantem ⁊ aliene felicitatis invidum. Hos autē duos pontifices euangelista cōmemorat. Captus enim Jesus in ortu. Continuo per satellites ad Annam primum ductus est. quia socer cayphe. ⁊ annas misit eum ad Caypham. Et q̄ se parē deo adiuratus responderat. blasphemauit inquit Cayphas. ⁊ quo atrocius christi dictum videretur. statim conscidit vestimenta sua. et vt eos ad christi condemnationem impelleret subclamauit. Reus est mortis. Cuius suasione (vt sacra euangelij habet hystoria) Christꝰ iesus dominus noster morti traditus est

QAssus est christus Jesus anno mundi. 5230. Tyberij anno decimooctauo duobus geminis consulibus mense primo. qui nisan ab hebreis. a nobis aprilis nuncupatur. Invidia enim sacerdotuz procurante a discipulo eius Jnda venditus. deinde captus ⁊ accusatus fuit. presidis iussu delusus virgis cesus ac flagellatus. ⁊ spuentes in faciez eius colaphis eaz ceciderunt. accorona spinea coronatur sputis detur pat̄. Ac denicq; cruci affigitur. ⁊ transeuntes amaris eum impetunt verbis. vbi cum sponte sua voce magna clamans spiritum emisisset. tremuit omnis terra sol obscureatus fuit ⁊ velum templi scissum est Cuius mortui pectus. cum Longinus miles q̄ parum videbat lancea perforasset. sanguis ei cum aqua mixtus exiuit. Vnde ecclesie vniuersalis salutis sacramenta sumpsere principia. Postmodum de cruce depositus. sepulturecq; traditus Post die vero tertia veluti alter ionas de ventre ceti. sic ipse de ventre terre superata morte surrexit. ⁊ cum hoc suis preordinatis sepe apparuit. Et e medio eorum cernentibus ipsis in celum ascendit. Nec ab re hyerosolimis mortem subijt. cum is locus sacrificijs dicatus erat ⁊ in medio terre habitabilis situs. Extra portas vero vrbis. non sub tecto. vt ⁊ populo illi. ⁊ gentibus commune sacrificiuz sui sanctissimi corporis celebraretur ac etiam haberetur.

Herodes Antipas

HErodes antipas magni Herodis filius post archelaum predictum fratrem galilee prefectus factus. regnauit annis viginti quatuor. nam Archelao e regno pulso. iudeorum regnuz in quttuor tetrarchas. id est partes divisum est. Et huic Galilea obuenit q̄ que est q̄rta regni pars. hinc impijssimus atq; crudelissimꝰ fuit quia in cives suos siccarius. in nobiles latro. et in socios populator. in domesticos predo habebatur. quippe plebis interemptor erat. filiorum occisor. extraneorum homicida. propriorum paricida. vniuersa nempe prophanauit.

quia sacerdotium iudeorum omnino sustulit omnem legem ⁊ ordinem confudit. Nam cū philippi fratris sui uxorem contra legem duxisset. A diuo Johanne baptista cammonetur illam dimittere. Quam odiem cum illum ob id occidere vellet. timuit plebem (quia sicut euangelista ait) ab omnibus veluti verus propheta habebatur sed illum comprehendēs posuit in carcerem in castello macherunta. ⁊ paulo ante mortem christi. caput ei amputare fecit. Hic etiam Jesus a Pilato sibi missum in ierusalem susciptens. illusum tandem ad eundē remisit. eo ꝙ interrogatus. vt Lucas scribit) respondere noluisset. Tandem a Caio cesare romam citatus. atq; etiam a Caio cum uxore herodiade honorifice susceptus fuisset. supervenit nuncius Agrippe a quo enim nuncio intellexit magnam copiam armorum esse in suis ciuitatibus ⁊ de multis conuictus. apud lugdunum galliarum vrbem relegatus miserabiliter vitam finiuit. Uxor autem sue quia soror erat agrippe quem Gaius maxime diligebat dedit libertatem redeundi vt haberet terras suam. Ipsa vero comitata virum in exilium ait se non dimissurum eum in aduersis cui communicauerat in prosperis. Et postea Gaius galileam Herodi agrippe dedit qui deinde tres tetrarchias habuit.

ORant in Judea tres secte iudeorum a communi reliquorum iudeorum vita ⁊ conuersatione optime distantes.

Pharisei

DPharisęorum secta seu religio que tēporib⁹ Ptolomei philadelphi surrexerat. et hac tempestate ob sanctitatis ostentationem in hierusalez maximo in precio (vt etiam ex sacrosancti euangelij hystoria elicere possumus) apud iudeos habita est. qui ideo pharisei dicebātur quia a ceteris habitu cōuersatione; diuisi erant. Cultu enim austerio ⁊ victu parcissimo vtebant. Statutisq; suis mosaicis traditiones determinantes. pictacia chartarum in fronte. ⁊ in sinistro brachia de cathalogo inscripta. que philateria dicebantur in legis memoriam gerebant Fimbrias q̄p pe amplas spinas alligatas quibus incedendo pungerentur deferebant. vt memores mā-

datorum dei fierent. hij enim vniuersa deo deputabant ⁊ marmane id est fato. prepositis suis ⁊ maioribus natu nunq; contrarium respondebant. iudicium enim dei futurum dicentes. animam omnem incorruptam esse et mortuorum resurrectionem sperabant ⁊ predicabant. hij nanq; domino nostro Jesu christo plurimuz aduersabantur ⁊ mortis eius cōscij fuerunt.

Saducei

SAduceorum alia superat secta in iudea. sed non eiusdem religionis ⁊ precij cum phariseis marmenem negant. deum inspectorq; omnium dicentes In arbitrio hominum esse. vt bonum malumue gerant. hij Saducei corporum resurrectionem ⁊ sanctos angelos esse negabant. Ac animas cum corporibus interire putabant. Solos enim quinq; libros. Moysi recipiebant. Et quia seueri nimis erant. nec etiam inter se sociales Ob quam etiam seuritatem saduceos id est iustos se nominabant.

Essei

OSseorum quoq; alia ibidem vigebat secta atq; religio qui vere in omnibus monasticam agebant vitam. nuptias fastidientes non quia coniugia ⁊ hominum successionem perimēda censerent. sed cauendam intemperantiam feminarū nullam enim earum fidem viro seruare putantes. Verumetiam inter se mutuo amore iunctissimi. Quin ⁊ diuiciarum contemptorem ⁊ permixtis facultatibus veluti sicut inter fratres vnum esse patrimonium omnium ordinarunt vngenta non curantes. squalorem dedecus putabant. dummodo in veste candida semper essent. designatos autem communium rerum procuratores habebant. Nulla ei certa ciuitas sed in singulis domicilia habebant. Nec vestitum siue calceos mutant. nisi aut omnino concissis prioribus. aut longi temporis vsu consuptis. Precipue circa deum religiosi sunt ante solis ortum nihil prophani loquentes solem vt oriatur orātes. post

vsq; ad quintam horam operantes. Rursus vero in vnum congregantur lintheis precincti. corpus abluunt. aquis frigidis in cenaculum veniunt. neq; etiam gustare quemq; fas est nisi prius deo celebretur oratio. post finem quoq; prandij vota repetunt. Hij quippe hospitalitatem summo studio exhibebant. Et etiam apud eos edendi & potandi modus saturitate definitur. Tumultus aut clamor in eorum hospicijs nusq; audiebatur. Sed summum silentium seruabant. iuramentum habebant p periurio. Secte enim sue neminem adhibentes. nisi enim sub anni probatione receptum. cõpellebantur; iurare q deo fidem et hominb⁹ iusticiam. & principibus obedientiaz seruarẽt. Et si contingeret ipsos aliquando etiam preesse. nunq; tamen viribus potestatis ad iniuriam subditorum. Ad eorũ autem iudiciũ nõ minus q; centum persone conueniebant. quorum enim decreta postea immobilia erant. Sabbatum vero adeo illibatum seruabant. vt nec cibum illo die pararent. nec etiam ignez accenderent. nec etiam aliquod vas transportarent. aut quasi alium purgarent. Ceteris autem diebus cum dolabro in terram fodientes demissa circumquaq; eñ veste se contegebant. quando aluum purgabant ne etiam radio solari iniuriam facere viderentur. purgatoq; aluco terram egestam super foueam reducebant hos enim essenos seu esseos Herodes Antipas dum adhuc virit honorauit. nec eciam inhonestus sermo de eis in scripturis habetur. hoc de philosophis iudeorum.

Veronica

VEronica mulier hierosolimita Jesu christi domini nostri discipula. matrona q̃dem sanctitate & pudicicia insignita. his enim temporibus a Tiberio cesare per Volusianum necessarium suum virum stabilem ac strennuum e Hierosolima cum sudario domini nostri Jesu christi & saluatoris nostri Romam accersitur. Detinebatur quippe idem cesar vt quidam scribunt. magno infirmitatis morbo. qui cum primum mulierem sanctam suscepisset & Jesu christi imaginem contigisset ab omni infirmitate curatus est. Ob quod miraculum ipsa Veronica ab ipso cesare masino in precio deinde habita est. Ibidem enim vsq; mortem cum sancto Petro et Paulo apostolis atq; clemente pontifice ecclesiam dei constituens perseuerauit. Hec ipsa est quam dominus Jesus a fluxu sanguinis fatigatam (vt sacra euangelij habet hystoria) vestimenti eius fimbriam tangendo sanauerat. A quo etiam passionis eius tempore eadem imagine vultus sui in signuz amoris donata fuit. Ipsa autez imago panniculo sic impressa clementi pontifice & successoribus eius ab eadem ex testamento declarata. Nunc vsq; ibidem in beati Petri templo a christi fidelib⁹ maxima cum religione inuisitur. Quã & multi per tempora exquisitis celebrauere laudibus inter quas illa singularis habetur que incipit Salue sancta facies nostri redẽptoris. In qua nitet species diuini splendoris. Impssa panniculo niuei candoris. Datazq veronice ob signũ amoris &c.

Xenach⁹ phs

XEnachus phs peripatheticus vir memorabilis. quẽ etiam Strabo ad modum iuuẽis audierat Tiberij tẽporibus apud selenciam cilicie vrbem diem obijt. Hũc vero non diu domi mansisse dicunt. sed aut alexandrie aut athenis romeq; docendi causa electus vsq; ad senectutez. magno in honore semper habitus fuit. dehinc augusti cesaris amicicia vsus est. Sed paulo ante hec tempora anteq; mortẽ obiret visum amisit

Philo iudeus

PHilo iudeus natione alexandrinus vir quidẽ discretissim⁹ p hec tpa in pcio multo fuit & multa eleganter grauiterq; scripsit qui sua doctrina eloquẽtia q; appionis grãmatici temeritatẽ ꝯ iudeos ab alexandrinis missus compescuit. Quãobrẽ multi eloquẽtiaz eius admirãtes direxũt. aut philo platonẽ seq̃tur ant plato philonẽ. Hic romã deniq; veniens cum Petro apostolo conuersationem habere cepit. a quo de fide etiam optime edoctus. et multa etiaz de laudibus christiane religionis

postea scripsit. que(vt diuus testatur hieronimus)inter ecclesiasticos computantur codices. ⁊ quam maxime in quinq; myosi libros ꝑclaros edidit commentarios. sunt etiaz ⁊ alia eius complurima scripta.

Agrippina germanici cõiunx

AGrippina marci agrippe et Julie octauiani cesaris filia genita fuit. Gaij caligule imperatoris mater que inter mulieres preclaras cõputatur. hoc tempore a Tiberio multis iniurijs verata. mortem sibijpsi a cibo abstinendo impetrauit. hec adhuc ad modum adolescentula germanico siue etatis insigni iuueni ⁊ plurimum reipublice oportuno ac tiberij cesaris augusti filio adoptiuo nupta fuit. satis ob hoc fulgida. hec ex eo viro suo cum tres extra fuisset mares. ex quibus vnus Caius calligula fuit. qui postmodum romanis prefuit. et totidem eque femellas. ex quibus agrippina Neronis mater extitit. Cum opere Tyberij patris vt pro comperto habitum est veneno sublatum virum suum egreferret. ⁊ femineo ritu plangore plurimo viri sui necem defleret. in tiberij odium incidit. adeo. vt ab eodem eam brachio tenente ⁊ cum obiurgationibus plurimis infestaretur. sed cùm egregia mulier indignum rata quod in se agebat a cesare. morte enim fastidia stomachi principis effugere disposuit. que cum aliter satis commode non daretur. fame generoso animo accersire statuit. ⁊ confestim a quocúnq; cibo abstinere cepit. quod cum relatum esset Tiberio ignatus quo ieiunium tenderet. ne tam breui spacio sese suis subtraheret iniurijs. nil proficientibus minis aut acerberibus vt cibum caperet. eo vsq; deductum est vt cibum gutturi eiusdem violenter inpingi faceret. vt hoc modo alimenta nolenti prestaret. At Agrippina quantomagis exacerbatur iniurijs. tanto enim acrioris propositi ⁊ incepti perseueranS. scelesti principis insolentiam mouens superauit. qua quidem morte ⁊ si etiam plurimum glorie sibi apud suos quesuerit agrippina. Tiberio enim cesare longe amplius ignominie reliquit.

Agrippa magnus

AGrippa magnus Aristoboli regis filius patri enim suo etiã in regnum succedẽs regnauit autem annis septem iudeis. hic enim agrippa fuit natura bonus et ciuitatem hierusalem cum ꝑ prijs sumptibus plurimuz eornauit. filius autem Aristoboli regis quez pater herodes interfecerat ad Tiberiũm cesarem venit. illo autem non suscipiente accusationem. residens Rome ad aliquorum enim potentium notias ambiebat. Maximis autem colebat officijs germanici filium Gaium. cum adhuc esset priuatus. Qui cùm fortuitum eum aliquando predixisset. imperatorez enim apud Tiberium accusatus fuit. Is statim concludi iussit Agrippam qui sub grandi erũna vsq; ad mortem Tiberij cesaris in carcere ꝑ ser menses tenebatur. Sed eo defuncto Gaius eum a vinculis soluit. ⁊ tetrarchiam philippi ei tradidit. iam enim iste decesserat ⁊ regez appellauit. ⁊ pro cathena ferrea gerebat in carcere auream ei condonauit. Cumq; enim e Roma perrexisset in Hierusalem. templum visitans. hostias celebrauit. ibiq; cathenam aureaz quam ei Caius dederat suspendit. vt maximum causam eius ex hoc perpetuo indicaret inde theatrum romano more construxit ⁊ amphiteatrum. ⁊ alia plurima monimenta. Demum in cesaream descendens cum se deum appellari permisisset ab angelo percussus. ⁊ tumente corpore. ait. Qui modo dicebar deus. nunc enim mortis neribus constringor. quibus enim dictis Anno etatis sue quinquagesimo septimo expirat. Relinquens enim Agrippaz filium suum decimum septimum. annum habentem heredem et etiam tres filias scilicet Beronicem. Mariam ⁊ Drusillam. Habuit quoqz fratrem nomine Herodem Calcidis regem qui enim propter teneram filij etatem in regno prefuit.

Sequitur Ratispana ciuitas.

Ratisbona



Ratisbona īsignis ⁊ memorie digna vibs ac libera ad ripas Danubij sita. a Tiberio Nerone condita. anno quo christus Jesus dominus noster pro salute generis humani passus est Baiotarie olim metropolis hanc religionem antiquitus Noricj tenuere. Cuius adhuc portio trans Danubium fluuium stra Noricū appellant. Noricis autem Baioarios succesſisse. Et cum reperiam vetustissimos codices. hanc Baioariam appellant-quam moderni bauariam dicunt. ⁊ a bois Baioaricum nomen descendisse persuasum est. Cui enīz Strabo vires adhibet Romani baios gallorum gentes e finibus iecerunt-inde migrantes circumiacentes histro loco cūz thauriſtis habitarūt. Constat igitur eos in Pannonia vibe consedisse. ⁊ inde facile etiaz in Noricuz continuam regionem migrasse. Quanquz olim deserta-vt Strabo trahit nūc cultissima est. Magnas enīz et ambicioſas ciuitates habens ⁊ etiaz opida nobilissima. Ratisbona vero vibs ornatu ceteras ercellit. Pontificales vibes in ea quinqz sunt. quarum nunc Metropolis est Saltzburga vocata ex flumine cui adiacet. Veteres vero iuuauecam vocauere Ratisbonenſis autem episcopatus olim clarissimus fuit. cui ⁊ tota Bohemia subiecta erat. Hec etiaz vibs Ratisbona septem nominibus insignita fuit-quibus in suis iuribus ⁊ libertatibus claruit. ¶ Primo enim a suo conditore Tiberina vel Tiburtina dicebatur. Tiberius enim cesar Liuie Augusti vroris filius. et etiaz ipsius Augusti prenignus-quem cuz Augustus in filium adoptasset. Mox magno exercitu comparato contra Noricos ⁊ vindelicos misit. qui eos in prelio superauit. Et hanc vibem Ratisbanam apud noricos construxit ac edificauit. ¶ Secūdo hec vibs videlicet ratisbona quadrata longo tempore dicta. cum enim ad quadratam figuram ⁊ cum hoc quadratis lapidibus magnis muro circumdata fuit vti in reliquijs veterum murorum retro sanctum Paulum appstolum conspici seu cerni potest. ¶ Tertio hyatospolis vel hyaspolis ob ruditatem populi agrestis. qui ore hiantes vt rurales finitimi faciunt verba hyantia p te ferebant. vel ab hyantium aquarum prope ciuitatem confluru. cum Danubius Naba et ymber ⁊ cetera fluuij in latere aquilonari confluant. ¶ Quarto germeinsheim a populo germanie qui eam frequentare solebant. vel a germanico qui ciuitati ratisbana prefuit.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

Quinto reginopolis ob frequentes conuentiones principum ⁊ regum vt hodie aree turres ac excelsa edificia magnatorum ostendunt. ¶ Sexto imbripolis a fluuio. cum ymber fluuius septentrionez versus in danubium fluit. ⁊ vernacula lingua hoc nomen Regenspurg adhuc seruat. cum in tali confluxu olim ciuitas ista incepta fuit. ¶ Septimo Ratisbana dicitur. cum races ob mercimonia ⁊ etiam tempore Karoli magni ad bella ibi confluebant. ⁊ tanq̃ firmiter sita ⁊ cum hoc etiaz edificijs roborata. hodie Ratisbona appellatur. Danubius autez fluuius germanie permaximus. qui ⁊ hister dictus est. vt Solonius habet germanicis iugis oritur. monte effusus qui rauracos gallie aspectat. Sexaginta amnes i se recipit ferme omnes nauigabiles. hanc etiaz vrbem insignem Ratisbanaz preterfluit. Et firmissimo ponte lapideo plurimorum artiz ciuitatem cum suburbio iungit. De quo scribitur. Pons fieri cepit domini dum annus incepit. Mille centenis decem semiq̃ denis. Karolus magnus christianissimus impator cum armis baioariam sibi subiecit. ⁊ Tassilo baioarie dux Desiderij regis Longobardorum generquem prius deuicit stimulus vxoris concitatus Hunis sibi confinibus sollicitatis bellum in Karolum magnum mouet. Is etenim sua celeritate pacem confecit obsidibus ante receptis. vrbem ratisbanam nunc quadratam dictam aggressus conuersus in eos qui eam occupabant a fide nostra alienos. Et eam vi cepit. coegitq̃ vt christi Jesu domini nostri fidez integre reciperent. In eo enim bello magna cedes hominum ante ratisbonam edita. Et magna multitudo infidelium hominum ac Hunorum absumpta desuis quoq̃ aliquos amisit. qui in basilica sancti petri apostoli extra muros vrbis sepulti sunt. Ab eo tempore hec inclita vrbs magnum incrementum accepit. Basilica quoq̃ decoratur episcopali summo. in honore tandez sancti Petri apostoli dicata. prius ob fraternitatez canonicorum Ratisbonentium ⁊ remensium ecclesia sancti Remigij appellata. Opus preclarissimum in vrbe nondum completum. Et cenobio sancti Emmerammi ordinis sancti Benedicti amplissimo. monasteriaq̃ dominatum plura habet. precipue superius monasterium virginis gloriose Marie. Inferius in quo diuus Ethardus episcopus quieuit. Plures in ciuitate domus consecratas ecclesias habent. ⁊ proprias sacerdotes. Arnolfus autem impator qui hunc locuz prec ceteris imperij locis summe dilexit muris ampliauit ⁊ monasterium sancti Emerãmi inclusit ⁊ plurimum adornauit. Accede cñ normanorum rediens baioariam essa sancti Dionysij ariopagite in fine sue etatis cenobio tradidit. cum libro euangeliorum ornatissimo. ac litteris aureis perscripto. ⁊ demũ apud eos sepultus. Ornatur ⁊ hec ciuitas glorioso martyre sancto Emmerammo episcopo et sancto Wolfgango eius loci vndecimo episcopo. qui mira apud eos gessit. monasteriumq̃ sancti pauli construxit. Albertus quoq̃ magnus omnium doctrinarum peritissimus apud eos episcopatum rexit. Ideo de his patronis per Ratisbonenses scribibitur.

Gaude ratisbona super excellentia dona
Concludis duo bis in te gratissima nobis
Corpora sanctorum sacer est dionysius horum
In nũero primus emmerãmus laude nec imus
Wolfgangus Erhardus neuter medicamie tardus
Quattuor istorum precibus nec non aliorum
Hic contentorum ducamur ad astra polorum.

Vienna Pannonie nũc vero Austrie vrbs preclarissima ad danubium sita. Is fluuius Bauariam-Austriaz Vngariam secans-per Rasciam atq̃ Bulgariam cum sexaginta nauigalibus in Euxinuz descendit. Multasq̃ ⁊ memorabiles alluit vrbes. Inter quas enim nulla ditior. nulla populosior. nulla vetustior est q̃z Vienna Austrialium ciuitatum. regionisq̃ istius caput. Hec olim flauianum (vt in vetustis ducum priuilegijs habetur) appellata. A Flauio prefecto. qui huic regioni prefuit. ac vrbem inchoauit aut ab imperatore Flauio ad danubium fluuium profecto. vt aras ob Romani imperij metas collocaret. Et ibi condita vrbs Vienna ex aris vocabulum sortita sit. Cunq̃ etiaz flauianum theotonici flabien pronuncient. non ẽ ab re longo temporis tractu. Prima enim vocabuli sillaba remota. (vt plerunq̃ fieri comperimus) Bien remansisse. Indeq̃ dicta Vienna. Quã̃q̃ aliqui a paruo etiaz flumine quod inter suburbia fluit nomine Vienna dictum estimant ac etiaz putant.

Vienna pannonie

Vienna autem vrbs magnifica ambitu murorum cingitur duorum milium passuum. sed habet suburbia maxima & ambitiosa. fossa & vallo cincta. vrbs autem fossatum magnum habet. indeq; aggerem prealtum. menia quippe deinde spissa & sublima frequentesq; turres. & etiaz propugnacula ad bellum prompta. edes etenim ciuium ample & ornate. structura solida & firma. alte domorum facies magnificeq; visuntur. Vnum id dedecori est q̄ tecta plerumq; ligna contegunt pauca lateres. Cetera vero edificia muro lapideo consistunt. picte domus. & interius & exterius splendent. Ingressus cuiusq; domum in edis te principis venisse putabis. Nobilium prelatorumq; domus libere sunt. Sanctis celum tenentibus ipsiq; maximo deo templa dicata & ampla & splendida secto lapide constructa perlucida. & columnarum ordinibs admiranda. Sanctorum etiam plurime & preciose reliquie. Argento enim & auro & gemmis vestite. templorum ingens ornatus. Ciuitas vero hec videlicet Vienna in episcopatu Patauiensi est. maior filia matre. Gnttuor ordines mendicantes. Scoti & canonici regulares sancti Augustini ad modum diuites habiti. Monialesq; sacre & sancte virgines. Ibi quoq; monasterium est ad sanctum Hyeronimum nuncupatum in quo mulieres meretrices conuerse reperiuntur. que etiam die ac nocte sacros hymnos lingua theutonica legunt ac decantant. quarum si qua redire ad peccatum comprehensa fuerit in Danubium fluuium precipitatur. Sed agunt ibi pudicam sanctamq; vitam. Rarus etenim de his mulieribus sermo malus auditur. Scola que q̄ hic ē in hac inclita vrbe Vienna liberalium artium ac etiam sacre theologie & cum hoc iuris pontificij. Noue tamen & ab Vrbano sexto papa concessa. magnus studentium numerus eo cōfluit ex Vngarie & Almanie partibus superioribus ciuitatis populus quinquaginta milia communicantium creditur. Consolatus octo & decez virorum eligitur tum index qui iuri reddendo preest deinde magister ciuium qui curam ciuitatis gerit seu habet. magistratus alij

Est hoc tempore conventus Ordis S. francisci sub ista Observantia

nulli sunt nisi qui vini exigunt vectigal ad illos omnia referuntur quorum potestas annua est. Incredibile videri potest quot per dies singulos in ciuitatem victualia ingeruntur quorum & cancrorum. multe quadrige adueniunt Pistus panis carnes pisces volatilia sine numero afferuntur. vbi aduesperascit nihil venale ex his inuenies. vindemia his ad quadragintа dies prolanditur. Nullo non die trecenti currus onusti vino bis terq; inferuntur. Ducētos & mille equos indies ad opus vindemiarum exercent Incredibile dictu est quanta vis inducatur vini quod vel Vienne bibitur vel ad extrancos per danubiū contra cursum aque. magno labore mittitur. Celle vinarie adeo profunde ac specioſe sunt. vt sub terra non minus q; supra terram edificiorum apud Viennam esse feratur. Platearum solum. stratum lapide duro vt neq; plaustrorum rotis facile conteratur. In domibus multa & munda suppellex. Equorum iumentorum & omnis generis capacia stabula vbiq; fornices aule laute verum his stube vocantur. nam hyemis asperitatem hoc domitant modo. Fenestre vndiq; vitree p lucet. & hostia plerunq; ferrea. In his plurime aues cantant. rare apud eos familie vetuste. aduene aut inquilini fere omes nouissimis diebus hec vrbs Vienna primaria imperatoris Friderici tertij dum etenim inimicitias maximas cum Mathia vngarorum rege gereret multa eius bella in se concitauit. qui enim damna multa Viennensibus & incommoda imperatori Friderī intulit. & tandem ciuitatē viennam ei abstulit. quam ciuitatem post mortē Matthie regis vngarie Fridericus tertius imperator iam veteranus Per filium tādem suum Maximilianum nomine regem Romanorum suam pristinam potestatem iterato coartauit ac redegit.)

Nuremberga



NVremberga vrbs tota germania. et apud ceteras gentes nominatissima celeberrimaq; Emporium germanie amplissimū. magnificis operibus publicis et priuatis ornata. Arx regia in colle vrbi supereminet vetustissima. ex qua intra vrbē & extra prospectus est. A qua ciuitatis nomen ortum fuisse. quidam arbitrantur. quam plerique a Tiberi Nerone imperatore. post tiberiue constructionem conditam. Aut a drusō nerone fratre suo qui germanos deuicit denominatā diam Nerobergam. Tiberius enim cesar genus pa-

ternum a Tiberio nerone trahit. qui liuiaz du
sillam (vt Suetoni⁹ tranquillus scribit) grauidam. ⁊ ante iam apud se filiū enixam. petenti augusto concessit. Nec multo post diem obijt vtroqz liberoz superstite Tiberio drusoqz neronibus. Inter cognomina ⁊ Neronis assumpsit. quod significatur lingua sabina fortis ⁊ strenuus. Tiberius post hec comatā galliaz rexit. ⁊ barbarorum incursionibus ⁊ principū discordia inquietam. Ex hinc rheticum vindelicumqz bellum inde pannonicum indeqz germanicum gessit. Rhetico atqz vindelico gētes alpinas. pannonico biennos ⁊ dalmatas sub egit. germanico quadraginta milia dediticiorum traiecit in galliam iuxtaqz ripam rheni sedibus assignatis collocauit. Quasobrem et ouans ⁊ curru vrbem ingressus est triumphalibus ornamentis ornatus. Cui postea glorie amplior cumulus accessit. toto illirico quod intra italiā regnumqz noricum ⁊ traciam ⁊ macedoniā. interqz danubium flumen. ⁊ sinū maris adriatici patet perdomito ⁊ in ditionē redacto. Iste claudius Tiberius nero (vt Eutropius tradit) prudens in armis. satisqz fortunatus ante assumptū imperiuz fuit. Et ciuitates suo nomine appellari iussit. Vetustissimi tamen hystoricorum codices litteris scripti peruetustis. eam arcem castrum noricum appellāt Romani enim vt hostes post alpium saltꝰ meatusqz insidentes. ab incursibus prohibebant. In collibus ⁊ tumulis norice ac pleriqz regionibus germanie arces extruxerunt. De quo si plura sine testimonio dixerimus. fidem nobis paruam adhibitum iri dubitamus. Cum in noricis (vt Strabo grauissimus autor tradit ⁊ thauriſci habitent horum omnium impudentissimas incursationes repressit. Tiberius. ⁊ eius frater Drusus estate vna per tota alpium ipsarum montana quidam terrarum extant tumuli. qui commode coli valeant. valles qz bene condit. De quo meminit Virgilius in fine tertij libri georgicorum. Tum sciat aerias alpes ⁊ norica si quis castella in cumulis. Ea presidia posuerunt que germanos a rebellione ac motibus deterreret. Habet itaqz hec vnicum verticem in qua vetustissimum castelluz vibis pro custodia constructum est. Gloriosus quoqz pontifex summus Pius eius nominis ordine secūdus scribit. De nuremberga dubium franconie an baioarie cedat. Ipsum nomen indicat ad baioarias vibem pertinere, Nomberga enim noricum montem significat Ob quam rem patet noricorum ciuitatez fuisse. Noricis autem Baioaricis succesisse. Ea nunc portio terre baioarie. que inter danubiuz ⁊ Nurembergam iacet noricum appellatur. Ciuitas tamen in diocesi Babenbergensi. que ad francones pertinet. sita. Ipsi Nurēbergenses nec Bauari nec francones videri volunt. Sed tertium quoddam separatū genus Vibs ea nobilis amne pegicio interlabitur. ⁊ in partes duas diuiditur. ac pontibus lapideis pulcerrimis trahicitur. In agro sterili ⁊ arenoso conditam atqz ob eam rem industrioso populo. omnes autem plebei opifices ingeniosissimi aut plerunqz negociatores prudentissimi. Repertores ⁊ magistri mirandarum ac subtiliuz operum ⁊ arcium que ad decorem ac vtilitatem hominum plurimum conducunt. Quanqz hec inclita vibs a quibusdam inter nouas numerari censeatur. cum paucis in veteruz monumentis reperiatur. nullaqz antiquitatis vestigia in ea appareant. preter arcem opus laude ⁊ vetustate dignum. atqz per paucas edes. Cum igitur de nomine ac conditoribus qui fuerunt ⁊ quibus temporibus certatio sit ⁊ sub iudice lis. ea linquamus. dum de alijs vibibus ne dum italie ⁊ germanie. Verum ⁊ de roma matre vibium dubium extat. Nam vibem terre marisqz dominam quam nunc romani incolunt vt Dionysius halicarnaseus de antiquitate romanorum tradit. vetustissimi barbari siculi tenuisse dicuntur qui vero ante hoc fuerint. neqz vt habitata sit ab alijs. neqz vt deserta fuerit. nemo quicqz habet certi quod dicat. quam aliqui a congregatione hominum. alij a Troyanis. alij ab euandro. ceteri a Romulo conditam scribunt. Reliqua igitur prosequamur. Constat Nurembergaz temporibus Karoli magni in flore fuisse. Karolus enim magnus rex francorum qui talia tanqz multa gerebat vt simul ecclesiam. romanum qz imperium instauraret. Saxonibus domitis. bittonibusqz. gallicis sibi federe coniunctis. pacem cū Tassilone baioariorum duce Adriano pontifice romano sequestre iuit. Sed cum accersitus Tassilo. nec accederet. nec obsides et federe promissas mitteret. Bellum illi Karolus indixit. ducens in baioariam copias tripartito distribuit. Ipse enim cum parte tertia copiarū Nuremberge. ⁊ in locis finitimis sua firmabat castra. Et austrasios Turingos ⁊ saxones ad da

halicarnaseus de romanorum antiquitate

nubium castra metati inssit Pipinus filius eius exercitu ytalico ad tridentum sedit. Cum itaq; Karolus prudenti consilio castra firmasset p pe Nurembergam in formam sui tentorij Sacellum cōstruxit quod postea Leo tertius summus pontifex. cum ad Karolum properaret qui apud padebrunaz saxonie oppidum erat. summa acceptus reuerentia. proceresq; dedit. q honesto illum deducerent comitatu. rediens romam in honore dive Katherine martyris dicauit. Ferunt nonnulli eam vibem fuisse olim sub dominio nobilissimi comitis francorum Alberti. q̄ cum fraude Hattonis episcopi magunti̇nensis. a Ludouico impatore obtruncatus deinde in ius impij cessisse. Postea vero q̄z inditionem impij venit. Summa fide. constātia ⁊ officio. romanum impium coluit. Regibusq; romanis fidem constantissimam semper seruauit. In discordia tamen cesarum calamitates ac damna grauia pertulit. Heinrico ei quarto regnum occupante filius eius rex Romanorum per diuiam vt videtur vltionez patrem bello persecutus fuerat. Recessit itaq; filius in Nurembergenses fidem genitori seruantes. auxilio suorum fretus. Nurembergam obsessam recepit. quod enim Otto Frisingensis ⁊ Gottfridus Viterbiensis haud ignobiles hystorici scribunt. Idem heinricus rex herbypolim petens. Erlongo electo Robertum perfecit Deinde dimissis Saronibus cum baioarijs. castrum Noricum obsidione cingit Ipsoq; expugnato. Ratisbonam norici ducatus Metropolim adijt quem pater ancestigio subsequens Roberto fugato. erlongum restituit. Inde progressus ratisbonensium auxilio filio vibe fugato. ibi Vlricum pontificem constituit ac theobaldi marchiam per Bohemos deuastauit. Conradus sueuus qui defuncto Lothario i romanorum regem declaratus erat. ac ducende i Asiam expeditionis suasu diui Bernhardi abbatis clarevalensis munus assumpsit eam vibem instauravit. ⁊ insigne monasterium ⁊ abbatiam ordinis sancti Benedicti ad sanctum Egidium nuncupatum. in celebri vibis loco fundauit. Nurembergenses a Conrado rege. Ceteriq; romanis impatoribus incrementum plurimum habuerunt. nec arbitrandum est eam vibem istius pulchritudinis ⁊ amplitudinis a principio instaurationis fuisse. Verum temporibus Karoli quarti imperatoris Romanorum ac regis Bohemorum maiore ambitu menibus nouis aucta fuit. Munita nunc erat. post alta menia ⁊ antemuralia. ingenti clauditur per circuitum profunda ac lata fossa. Habet quoq; propugnacula. murum crassissimum. ⁊ turres quinq; ⁊ saraguta supra trecentas. Estq; edibus ciuiz amplissimis ⁊ firmissimis exornata. ⁊ in medio ferme germanie sita. Ciues eius cum industriosi sint. legibus imperialibus instructi. Senatuz ⁊ magistratus ordinem habent a plebe distictum. vetustiores cines rempublicam administrant. plebs tamen suis rebus studet ⁊ de publicis minime curiosa est. Plures in ciuitate basilice ample ⁊ ornatissime extant Et preter parrochiales ecclesias celeberrimas sancto Sebaldo ⁊ sancto Laurentio dicatas Quattuor mēdicantium loca magnifici operis habet. que ciues diuersis temporibus edificauere. Monialesq; sacre virgines ad divam katherinam. et sanctam Claram duo monasteria habent. cruciferi ordinis theuthonicorum spaciosa vibis loca possident. Extat quoq; in ea Carthusiense cenobium edificij magnificenti ampliſſimū ⁊ pulcherrimum. atq; sanctissime virgis Marie sacellum regale in foro ornatissimum cum fonte pulcherrimo. Gaudet hec insignis vibs de suo regio patrono diuo Sebaldo. is fuit vita ⁊ miraculis clarus. Et signis imperialibus Pallium enim. enses. sceptrum. poma coronā q̄ karoli magni Nurembergenses in eorum archiuis obseruant. que in coronatione noui regis ob sanctitatem ⁊ antiquitatem autoritatem prestant. Datur enim hoc vetustati. vt pl⁹ maiestatis habere videantur. pondere noua curent. Ornaturq; q̄marime impreciabili ac diuinissima lancea que Jesu christi latus i cruce aperuit. Ac particula crucis famosissima. ⁊ alijs reliquijs toto orbe celebrandis. Que die tredecima post pasce gaudia. populi frequentia ex varijs prouincijs summa deuotione q̄t annis visuntur. Ideo in eius laudem adiungitur.

O deus criminum norici Nuremberga serena
Vibs celebranda nimis regia siderea
Tu populosa viris. tu formosissima rerum.
Virtutumq; parens. tu religionis amatrix
Justiciam sacramq; fidem. pacemq; propinquis
Antiquasq; patrum leges ante omnia seruas

SAcrosancte militantis ecclesie fundamenta quibus tota huius edificij fabrica confidenter innittitur. cuz sunt sancti apostoli. quos deus elegit primitias in salutem gentium omnium. Ipsi sunt bases ecclesie super fundamento preter quod nemo aliud ponere potest quod est dominus noster iesus christus summo angulari lapide solidati vt veritas que ante legis z etiam prophetarū preconio vehebatur per apostolicam tubaz in salutem vniuersitatis exiret. sicut scriptum est In omnem terram exiuit sonus eorum. z in fines orbis terre verba eorūz. Ab ipsis nanqz ē propagata ecclesia z vsqz ad mūdi terminos verbo p̄dicationis extensa. hanc doctrinis. miraculis. exemplis. sanguinisqz effusione plantauerunt. Quapropter digne patres. fundatores. edificatores. ordinatores. pastores z pontifices vniuersales ecclesie vocantur. Huius autē muneris sacramentum ita dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit. vt in beatissimo Petro omnium apostolorum. summo collocaret. vt ab ipso quasi quoddam dono suo velut in corpus omne diffunderet vt extorem se misterij intelligeret esse diuini. qui ausus fuisset a beati Petri soliditate recedere. hunc enim in consortiuz individue vnitatis assumptum. Id quod dominus erat voluit nominare. dicendo. Tu es Petrus. z super hāc petram edificabo ecclesiam meam. vt eterni templi edificatio mirabili munere gratia dei in beati petri soliditate consisteret. hanc vero ecclesiam sua firmitate corroborans. vt illam nec humana temeritas posset appetere. nec portę inferi contra illam prevalerent.

Spiritussancti missio.

SVmmus deus ac parens omnium. vt nouis cultoribus nouaz legem daret doctorem iustitie misit e celo. Is vt premissum est cruci affixus vltro spiritum posuit. Sed quoniam predixerat se tercia die ab inferis resurrecturum. metuentes ne a discipulis surrepto corpore vniuersi resurrexisse eum crederent. detraxerunt eum

cruci. z conclusum in monumēto firmiter militari. custodia circumdederunt. Verum etiaz tertio die ante lucem. magno terremotu facto repente patefactum est sepulchrum. Et custodes attoniti obstupefecerat pauor magnus. integer enim e sepulchro ac viuus egressus ē galileam profectus est. Discipulis enim congregatis. scripture sancte litteras. id est prophetarum sanctarum archan̄ patefecit. que anteqz ipse pateretur perspici nullo modo poterant. quia ipsum passionemqz eius annunciabant Ordinato vero discipulis suis sacro euangelio ac nominis sui predicatione circumfudit se repente nubes. eumqz in celum sustulit quadragesimo post passionis sue diem. ¶ Post beatam enim z sanctam ac gloriosissimam resurrectionem quo dei omnipotentis templum in daica impietate resolutum. diuina enim in tribuo potentia sustitauit. Quadragenarius sanctorum dierum numerus expletus. mota corporalis presentie extenditur. vt fides resurrectionis documentis necessarijs muniretur. Apostoli itaqz iesu christi z discipuli omnes post ascensionem domini (sicut sanct⁹ Lucas euāgelista in actibus apostolorum meminit.) A monte oliueti regressi statim venerunt hierosolimam. z ascenderunt in cenaculum vbi manebant in oratione z humanitate perseverantes cum mulieribus z sancta Maria matre domini nostri Jesu christi z fratribus eius meditantes in lege domini. ac mandatoruz eius die ac nocte. donec inuerentur virtute ex alto. In his autem diebus qui inter resurrectionem domini z ascensionem fluxerūt motus dire mortis aufertur. z non solum anime sed etiam carnis immortalitas declaratur. In his enim per insufflationem domini infunditur apostolis omnibus spiritussanctis. z beato apostolo petro supra ceteros post regi celorum claues ouilis dominici cura mandatur. Per omni deniqz hec tempus prouidentia dei curauit. atqz suorum z oculis insinuavit z cordibus. vt dominus Jesus christus vere agnoscerētur resuscitatus. qui vere erat natus et passus z mortu⁹. Ab illo autem die quo dominus noster iheſus christus super omnem celorum altitudinem ascendit. decimus dies occurrebat qui ab eiusdem resurrectione quinquagesimus est. vt sacra testatur hystoria.

S. mathe
us.
Sanctus Petrus.
Sanctus Johannes der Euangelist
Sanct Thomas abfür zů
Sanct Jacob der grosser
Sanct Jacob der kleiner zů Jerusalem
Philippus von
Bethsaida
Matheus die zolner
Sanct Matheus ursprung
Sanct Bartholome
Symon genant Zelotes
Judas Thadeus
Sanct Matthias
Johannes

QVm discipuli pariter essent. acceperunt mūera spūssancti ꝓmissa que poscebāt. Et factus est repente de celo sonus. ⁊ replenit totā domū vbi sedebant ⁊ apparuerūt illis disptite lingue tanq̄ ignis. et repleti sunt oēs spū̄sancto. ⁊ ceperūt loqui varijs linguis. Sicut eni hebreo quondā populo ab egiptijs liberato q̄nquagesimo die post immolationē agni lex data est in monte Syna. Ita post passionē qua verus dei agnus occisus est quinquagesimo a resurrectiōis eius die in apostolos plebēq̄ credentiū spūssanct⁹ elapsus est. vt facile diligens christian⁹ agnoscat initia veteris testamenti enāgelicis ministrasse principijs. ⁊ ab eodem spiritu conditum fedus a quo primum fuerat institutum. Hiis autem muneribus imbuti apostoli omia que de christo per prophetas scripta fuerant protin⁹ intellexerunt. Cōmuniq̄ decreto simbolū edētes. nostre fidei fundamenta iecere. Et Petrus quidē apostolorum princeps iurta Hieremie propheciam ⁊ Jsaie atq̄ Psalmiste dixit. Credo in vnū deum patrem oipotentē creatorem celi ⁊ terre. Andreas in Abacuck verbo subdidit. Et in ihm christum filiū eius vnicum dominū nostrum. Cui ⁊ Johannes adiecit. Qui conceptus est de spiritusancto nat⁹ ex Maria virgine. vt Jsaias ꝑdixerat. Ecce virgo cōcipit ⁊ pariet filiū Jacobus vero ⁊ Jsaie prophetiā affirmans dixit. Passus sub pontio pylato crucifixus mortuus ⁊ sepultus. Thomas deinde Osee prophetiā contestans ait. Descendit ad inferos. tertia die resurrexit a mortuis. Postea Jacobus maior protulit. Ascendit ad celos sedet ad derteram dei patris omnipotentis. Philippus quoq̄ mox adiciens inq̄t. Inde ventur⁹ est iudicare vivos ⁊ mortuos. Bartholomeus postmodū cecinit dicens. Credo i spm̄sanctu. Cui Mathus subiecit Sanctā ecclesiam catholicam. Symon vero ⁊ Judas atq̄ Mathias deniq̄ reliquum pfecerunt dicentes. Sanctorum cōmunionem. Carnis resurrectionem. Et vitam eternam. Amen. Symboloq̄ perfecto apostoli multa constituere de oi ecclesia. inde diuino cultu intenti Jacobus fratrem dn̄i Hierosolimorum pontificē constituerunt virū a natiuitate sanctissimū. q̄ missam simplici ritu celebrare cepit dicendo. pater nr̄ ⁊c. Hac q̄ppe rōne tp̄iana respublica virorum sq̄ ⁊ mulier̄ crescere m̄ltū cepit. Propter quod petrus ap̄ls bonis institutis ecclesiā confirmaturus septem dyacones delegit videlicet. Stephanū. philippū. procorū. nicanorem. symonem parmenā ⁊ nicolaum anthiocenū aduenā Illos que ad veros christi ministros ptinebāt pagere ceperunt. Totū postremo orbem p prouincias inter se partiti sunt. Et Thomas quidē parthos. medos. persas. hircanos. bactrianos ⁊ interna gentiū iudeorum sortir⁹ est. Matheus macedoniā ⁊ ethiopiam. Bartholomeus liconiam ⁊ citeriorem indiam. Andreas achaiam ⁊ scithiam. Johannes post mortem virginis marie Asiam. Petro aūt pontus gallacia bithinia capadocia ytalia ⁊ tandē roma obtigit. Jacobus maior hispaniam Judas mesopotamiam. Symon zelotes egyptum. Philippus gallias ⁊c. accepit dē quibus apostolus mox narrabimus. Discipuli itaq̄ p prouincias dispsi fundmenta ecclesie vbiq̄ posuerunt faciētes. ⁊ ipsi in noīe mgri dei magna ⁊ pene icredibilia miracula. q̄ descēdēs instruerat eos vtute ac ptāte q̄ posset noue annūciatōis rō fīdari ⁊ cōfirmari

Assumptio marie

GLoriosissima sp q̄ virgo maria dei genitrix inte merata post ascesionē dn̄i iesu. conuersationez ad humane vite exemplum (luca in actibus apostolorum testante) generaliter cum aplis habuit q̄usq̄ repleti fuerunt gratia spiritussancti ⁊ apostolorum dispersiōnē vt diuus hieronimus refert. Gabriel archangelus tanq̄ celestis paranymphus eā virginem sanctā ⁊ corpore ⁊ mente intactam custodiuit. atq̄ Johannes euangelista cui eam de cruce filius commiserat. virgo virginem seruauit officiosissime vsq̄ in finem vite sue. ⁊ tanq̄ adoptiuus filius administrauit. Habitatio eius vsq̄ ad mortem pre nimio amore in loco illo fuit vbi omnia in quibus passus fuerat loca inuisere posset. vt suis consolaretur aspectibus. ⁊ in monte syon cella vbi morabatur. et Johannes missam celebrauit ostenditur. q̄a (vt diuus Hyeronimus scribit) impatiens eni amor̄ h̄ iter ceā p̄cipuū hz vt quē desiderat sp inuēire se credat. nec mirū si xps t̄ abōib⁹ amādus. m̄lto ardēti⁹ ab ea cui⁹ ꝺn̄s ⁊ fili⁹ erat. m̄lt̄ eq̄dē afficiebat doloīb⁹ ⁊ amoris ardoribꝰ estuauerat p⁹ filij ad celos ascēsū. dū secū tacite cūcta reuolueret q̄ audierat vidat ⁊ ꝓgnerat

Impatiens amor ꝺi

Tandem cum omni plena esset gratia. omniq; virtute illustrata. Anno a natiuitate filij eius Jesu christi q̄dragesimonono etatis vero sue. septuagesimotertio. obdormiuit in pace vberrimeq; claritatis eterne gratiam possidere meruit. quam ab eius filio christo Jesu plenissime accepit Ad eius autem exequias deo sic volente. (vt doctores sancti scribunt) omnes assistere apostoli. Et dominꝰ ipse noster Jesus christus cum tota celoum curia. quantum fas est credere eidem totus festinus occurrit. ⁊ cū gaudio eam in anima ⁊ corpore in celum assumpsit. Secumq; in throno collocauit. Vixit autez post mortem filij. sedecim annis. cum antea q̄dragint a septem etatis haberet annos. Nulli autem dubium in eius gloriosa assumptione ⁊ coronatione omnem illam celestem Hierusalem tunc exultasse ineffabili letitia. tunc iocundatam esse inestimabili charitate cum omi gratulatione iubilasse. nec mirum quia honor maternus eius est. qui est natus ex eaquem omnis celoum ordo veneratur ⁊ adorat. super se eleuatum cum patre in sede maiestatis domini. Ad throni igitur celsitudinem intemerata mater ⁊ virgo processit. atq; in regni solio sublimata post christum gloriosa resedit.

Vixit p̄ mortē filij 16 ānis.

Coronatio gloriosē virgis Marie In celis.

¶ Anno mundi. 5233. / Anno vero christi trigesimoquarto.

Sanctus Petrus primus papa

PEtrus papa primus. apostolorum princeps. natione gallileus ex bethsaide vico Johannis filius. Andree apostoli frater. primus sedit annis septem post ascensionem domini in episcopali sede apud antiochiaz vbem. fuit aut petrus ille quez his verbis xp̄s allocutus ē. Beatus es Symon bariona. quia caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi. sed pater meus qui est in celis. Et tu es petrus ⁊ sup hanc petrā edificabo ecclesiā meam. Ac tibi dabo claues regni celestis. potestatēq; ligandi ⁊ solu̇endi. Js vero omniū diligentissimus vbi asiaticas ecclesias satis confirmasset. cōfutatis eoz opinionibus qui circumcisionem approbant post predicationem dispersionis de circūcisione in ponto. Galacia. Capadocia. Asia. Bithimia ab Herodis carcere liberatus. in ytaliaz venit. ⁊ Rome primam cathedram tenere cepit. secundo Claudij imperatoris anno. Cum enim ea vbs totius mundi caput esset. etiam pontificali sedi conuenientem esse cernebat. Sedit autem in ea annis vigintiquinq; ⁊ mensibus septem. Sanctus Petrus apostolus itaq; Romam tunc venit. ⁊ quod hanc sedem pontificali dignitati conuenientem cernebat. ⁊ huc p fectum intellexerat Symonem Magum samaritanum quendam. qui prestigijs suis coetonis iam dedurerat populum. Romanum vt ab eis deus crederetur. Rome enim iam titulum adeptus erat inter duos vero pontes positum ac latinis litteris sic scriptum. Symoni mago deo sancto. Hic enim dum in Samaria esset tamdiu se credere in christum Jesum dominum nostrum simulauit. quo ad baptismum. a sancto Philippo vno ex septem dyaconibus acciperet. quo quidem postea in malam partem vtens. multarum vero hesum fundamenta iecit. cum Selena impudica muliere quam sceleris sociam habuit. prodocare sanctum Petrum apostolum ⁊ papam miraculis morte pueri homo nepharius ausus est. quem eius carmina primo mouere visa sunt. verum cum postea nihilominus puer iaceret. in nomine Jesu sancto Petro iubente surrexit hanc obrem indignatus Symon. videnteq; populo se volaturum ex capitolino monte in aventinum pollicetur. Cum enim iam volaret rogatu sancti petri apostoli ad celum manuz tendentis ac rogantis deum omnipotem. ne deludi magicis artibus tantum populum istū sineret. Symon magus decidit ⁊ crus vnum infregit. Cuius etenim dolore nō multo post Aricie mortuus est. Hinc etiam Symoniaci heretici omnem originez sumn habent ⁊ sumpserunt. qui enim donum spiritus sancti emere ⁊ vendere consuevere ⁊ cetera. Primus postea sanctus petrus quadragesimale ieiunium instituit. Duas quoq; epistolas que canonice nominantur scripsit. Verum etiam quia pluribus intentus esse non poterat. cum orationi ⁊ predicationi vacaret duos episcopos ordinauit Linium scilicet ⁊ Cletum. qui sacerdotale ministerium populo Romano et etiam alijs exhiberent. /

Circa Impator Caius Calligula

Claudius

Nero

Caius cognomẽto caligula. filius drusi Augusti cesaris priuigni ⁊ Tyberij nepos quartus romanorum impator. mortuo enim tyberio a castrensi loco ducto imperium occupat. caligole cognomen trarit. quia manipulario habitu inter milites educabatur. siue vt alij ferũt cuius eius inuentum extitit deferendi caligas. margaritis insignitas. mansit in linie auguste proauie, siue contubernio quam defunctam pretertat⁹ pro rostris laudauit. inde vicesimo etatis anno accitus capreas a tyberio vno atq; eodem die tẽgam sumpsit. naturam tamen seuam prohibere poterat. consulatus quattuor gessit. opera sub tyberio semiperfecta. templum Augusti theatrumq; pompeij absoluit inchoauit aqueductus tiburti. multas tamen vrbes in suo nomine edificauit ⁊ presertim apud traciam calipulim vrbem insignem. Statura fuit eminenti pallido colore. corpore enormi. gracilitate marima cruris ⁊ eurium ⁊ oculis ⁊ temporibus concauis. fronte lata ⁊ toua. capillo raro ac circa verticem nullo. Vultum vero natura horridum ac tetrum etiam ex industria afferebat. valitudo ei. neq; corporis. neq; animi constitit. vestitu calciatuq; ⁊ cetero habitu neq; patrio neq; ciuili. ac ne virili quidem vsus est. sepe depictas gemmatasq; induit penulas. immanissima facta augebat atrocitate verborum. adeo homo omnium sceleratissim⁹ iudicatus. nil eni vel domi vel foris strenue gessit. Auaritia omnia expilauit tante libidis fuit vt etiam sororibus stupruz intulerit. tante crudelitatis vt sepius exclamasse dicatur vtinam populus romanus vnam ciuitatem haberet ita autem virgilij ⁊ liuij glorie inuidit. vt paulum abfuerit. quin eorum scripta ⁊ imagines ex omnibus bibliotecis amoueret Senecã arenam sine calce dicebat. Preterea agrippaz regem iudee fac't. Herodem lugdunuz relegat. Postremo a suis tandem necatur imperij anno tertio mensẽ decimo cum vixisset annis xxix Cadauer clam in ortos lamianos asportatuz postcrematum ⁊ sepultum.

Claudius caij caligule patruus. qnez nepos i ludibriũ reseruauerat. iperiũ accipiens q̃ntus romanor ipator ope ⁊ industria agrippe regis Judeor impiũ vt Josephus refert. accipere meruit. Is nat⁹ est Lugduni eo die quo p̃mũ ara ibi augusto dedicata est. appellatusq; tyberius claudi⁹ drusus disciplis liberalib⁹ ab etate p̃mo nõ mediocrẽ operã dedit. l. anno iperiũ cepit i cognoscẽdo ⁊ decernendo mira varietate ai fuit Britãniã q̃z ne q̃z ante Juliũ cesarẽ neq; post eum q̃squ attigere ausus est. i deditõez accepit orchades ĩsulas Romano adiecit iperio. sexto q̃z prefectus erat mense romã redijt. triumphauit marmo apparatu. Opera magna potius q̃z necessaria perfecit. per tria passuũ milia pti effosso monte. ⁊ pti exciso canalẽ absoluit egre. ⁊ post vndecim ãnos. xxx. milibus hoim ibi sine itermissiõe elaborãtibus portũ ostie extruxit. ducto dextre lenaq; brachio ad cohercẽdos mris fluctus. vtrorẽ durit. aliã petinã cũ q̃ diuortiũ fecẽ ex lenibus offẽsis. Post Messaliaz Messale cõsobrini sui filiã i mrimoniũ accepit quã cũ cõpisset sup cetera flagicia C. Silio nupsisse. suppicio affecit tandẽ illecebris agrippie blãdicijs pallect⁹ cuz ea nuptias p̃fec̃. autoritas dignitasq; forme ĩ ei defuit. Nã ⁊ pliro nec exili corpe erat. ⁊ specie canicieq; pulchra. optimis cernicib⁹. cibi vi niq; tpe ⁊ loco appetẽtissim⁹. hystoriã i adolescẽtia scribere aggressus ẽ. nec miore cura greca studia secut⁹ ẽ. Postrẽo ab agrippina noletz venẽo illicz necat. Excessit ãt. iij. yd⁹ octobrz. lriiij ãno funeratusq; ẽ solẽne p̃cipiũ põpa. p̃sagiũ mortz ei⁹ fuit exortus crinite stell. quam cometam vocauit

Nero claudij p̃uign⁹ ⁊ agrippie ex gneo domicio e⁹ viro fili⁹. vj. rõanor ipator. nat⁹ ẽ añ. ix. mẽses q̃z tybi⁹ excessit cui p̃puz nom̃ dõici⁹ sic̃ ⁊ pri. cũ claudi⁹ ei filiã octauiã vxorẽ dedisset eũ ner̃ez appellauit. Int̃ ceteras disciplias puentie ibut⁹ tpe ⁊ musica. eq̃z studio vl p̃cipue ab ieũte etate flagrauit. petulãtiã. libidiez auariciã. crudelitatẽ sensim q̃dez p̃mo ⁊ occulte velut inuicili errore exercuit. paulatim vo inalescẽtib⁹ vitijs ad maiora palã erupit Epl'as e medio die ad mediã noctẽ ptrahebat fuit auũcl'o caligl'e oib⁹ i ẽb⁹ neq̃or ⁊ sceleratior

Nam ⁊ magnam partem senatus interfecit. Tante preterea luxurie fuit vt frigidis lauaretur vnguentis-retibusq; aureis piscaretur que attrahere fimibus purpureis consueuerat. hec omnia vicia principio imperij sui ita occultauit. vt bonam spem omnibus pre se ferret. statura fuit pene iuxta corpore maculoso ⁊ fetido sufflauo capillo. vultu pulchro magis q̄z venusto. oculis cesus ⁊ hebetioribus. cervice obesi. ventre obiecto. gracillimis cruribus. valitudine prospera. Incendium autem Rome sno tempore a Clino scauri ad erq̄lias. vsq; sex diebus vagatum. multas fortunas ciuium cuz cō sumpsisset. ac omnis culpa principi ascriberetur. Ipse enim vt ait Cornelius tacitus. abolendo rumori intentus. falsos testes subornauit qui id factum a christianis hominib⁹ causarentur. Vnde ⁊ tot capti ⁊ interfecti sunt. vt ex eorum cadaueribus per aliquot noctes lumine continuata dicuntur. Sunt tamen qui dicunt illud incendium ab eo excitatum fuisse vt Troie ardentis similitudinem cerneret. sua seuitia quoq; in senecam. lucanum. in matrez Agrippinam ⁊ octauiam vxorem ⁊ omnes q̄ in precio apud ciues erant vsus est. Tandem vero populi Romani iram ⁊ odium in se concitauit vt ad penas quesitus sit. Is fugiēs ad quartum miliarium vrsuburbano liberti sui. semetipsum interfecit. Obijt enim tricesimo et secundo sue etatis anno. imperij vero quarto decimo.

Lapidatio sancti Stephani

Stephanus p̄thomartir natione Hierosolimitanus. e septem diaconibus primus ob sanctitatem ⁊ morum disciplinam dyaconus ab alijs apostolis electus. signa ⁊ prodigia multa vt sanctus Lucas scribit in iudeorum populo ad corroborationem fidei christiane facere cepit. Contra quem nonnulli iudeorum insurrexere. sed tamen sapientie ⁊ spiritui eius disputando resistere nequiuerūt. eo q̄ intuentes vultum eius. vultus angeli apparuit inter illos. quorum errores. cum confutasset indignati in dei ipsum sanctum Stephanum extra ciuitatem ejcientes lapidibus perimerunt. vt expedicius lapidibus impetere possent vestimenta sua deposuerunt iuxta pedes adolescentis Sauli. Dumq; lapidaretur genua posuit ⁊ suspiciens in celum. ⁊ videns Jesum stantem et pro lapidantibus obnixe orauit ne mortem suam illis statueret in supplicium. Js enim viua imago virtutis. cum satorum turbine quateretur. ⁊ sereus ille nimbus iram tempora crepitaret. a constantia etenim mentis nunq̄z dimotus in futuram vero spem tota intentione profusus. Magnum patientie documentuz posteris allaturus. Oratione tandem completa mox obdormiuit in pace. Lapidatusq; fuit sanctus Stephanus prothomartyr eodem anno quo dominus ⁊ saluator noster iesus christus crucifixus est in mense Augusti. Corpus q̄z eius venerabile inuentum fuit a beato Luciano presbytero temporibus Honorij. anno domini. cccc. vij. In cuius vero reparatione sanctus Augustinus refert sex mortuos suscitasse ⁊ septuaginta homines a varijs eorum egritudinibus liberatos fuisse. Postea vero translatum est corpus sancti Stephani Constantinopolim. deinde vero Romam ⁊ digniori loco conditum.

Philippus autez secundus dyaconus cesariam veniens posq̄z samarie predicabat ⁊ multis signis ⁊ virtutib⁹ inclitus fuit. Tres filias prophecie spiritu plenas habuit. Obijt tempore Neronis ⁊ ab omnibus sanctus habitus. Tres quoq; filie in eius sepulchro tumulate sunt ¶ Procorus tertius dyaconorum apud antiochiam dei ecclesiā nuper ab apostolis excitatam fidez industria auxit. vbi martirio coronatus fuit. ¶ Nicanor quoq; quartus diaconus cum enim hierosolymis gratia fide ⁊ virtute vsq; ad tempora Vespasiani admirandus fuisset ibi martirium p̄ domino suscepit. ¶ Timon quintus dyaconus primum ad beroam resedit. deide verbum domini disseminans corinthum pervenit. vbi a iudeis ⁊ grecis primo flammis iniectis. sed nil lesus demum cruci affixus. martyrij coronā accepit. ¶ Parmenas sextus dyaconus predicationis officium plena fide consumauit ⁊ tādem Traiani temporibus martyrij gloriam adeptus est. Nicolaus vero aduena septimus dyaconus in fide non permansit. ⁊ nicolaitarum heresis ab eo initium sumpsit.

Conuersio ⁊ vita Pauli apostoli

Paulus Jhesu christi domini nostri dignissimus apostolus electionis vas ex tribu beniamin fuit. ex oppido iudee q̄ giscalis nominatur qui cum a Romanis ciuibus captus a puero fuisset cum parentibus suis Tharsum ciliciе vbem (vbi eius pater ciuilitate Romana datus est) commigrauit. Mos siquidem tunc romanorum ciuium fuit. cum monarchiam totius mundi conquirerent. vt gentes que cū pace ac etiam cum coronis romanis occurrebant romane ciuilitatis potirentur eorumq̄ fratres dicerentur. Cum autem romani principes ac ciues ciliciam cum omni exercitu suo petissent. Pauli pater cum nobilioribus tharsensibus Romanis ciuibus cum pace occurrebat eam obtem consularem vestem promeruit. ⁊ inter ciues romanos annumeratus fuit. propter quod et sanctus Paulus hic apostolus ciuis romanus habitus est. Cum autem religio domini nostri Jesu christi per vniuersam excrescere cepisset iudeam adhuc adolescentulus a pontificibus templi epistolas accipiens. eos qui christum verum esse deum profiterentur. persequi decreuit. Vnde cum sancti Stephani prothomartiris neci interfuisset. ⁊ omnium lapidantium eum vestimenta seruaret. tonc̄z manibus omnium lapidaret. sanctus autem Stephanus prothomartyr inclitus pro eo orauit ⁊ sanctum Paulum e terra erexit. quia cū paulopost dum Paulus Damascum pergeret (vt sanctus lucas euangelista testatur) dicens cum spiritu diuino tactus ad fidem domini nostri Jesu christi venire compulsus. vas enim electionis vocari promeruit. Et id omne euenit anno in quo dominus noster Iesus christus passus est. Statimq̄ vocatus christi euangelium eidem reuelatum est. Ob diuinaq̄ studia Hierosolimam missus Gamalieli vero viro doctissimo eruditionis ac informatiōis causa comendatus. ¶ Post autem eius conuersionem vna cum Barnaba apostolo multis vrbibus peragratis Hierosoliam rediit cum sancto Petro Johanne ⁊ Jacobo apostolis christi euangelium contulit. Quo audito gentiū apostolus ab eisdem declaratus est. In hispaniam predicandi gratia nauigauit. in narbona multos conuertit. Reuersus secundo hierosolimam secundo impetij neronis anno. a festo iudee procuratore vinctus Romam (vt ciuis romanus) mittitur. vbi biennio in libera custodia manens. cum iudeis quotidie disputabat. tandem a Nerone dimissus multa predicauit ⁊ scripsit.

Marc⁹ euāgelista

Marcus euangelista genere leuiticus sacerdosq̄ cū Petro magistro suo. ex baptismo filius atq̄ interpres ad propagandum verbuz dei romam (ex antiochia) venit iuxta quod petrum referentem audierat. rogat⁹ rome a fratribus breue scripsit euangeliū. Quod cū petrus audisset p̄bauit ecclesijs legendū. ⁊ sua auctoritate edidit Diuus autem petrus vidēs cōstantiā viri ipm̄ alexandriā destinauit aquilegienses vero sua predicatione ad christi fidem prius conuertit. ⁊ cum ermogoram ciuem aquilegiensem virū doctissimum conuertisset eum eo ad Petruz ingressus illum aquilegiensem episcopū creare fecit. Inde alexandriam perrexit. ⁊ primus ibi christum annuncians constituit ecclesiam tanta ⁊ doctrina ⁊ vite continentia vt omnes sectatores xp̄i ad exemplum sui cogeret. Tante fuit humilitatis vt pollicem sibi amputauerit vt sacerdotio reprobus haberetur. Postq̄ autem diu ecclesiam docendo scribendo constituisset octauo neronis anno a pontificibus templorum in solemnitate paschali cum missam celebraret captus. fune in collo eius misso ipsum per ciuitatem trahebant. donec spiritum emisit. ⁊ sepultus est alexandrie succedente sibi amano. Anno vero domini. dccc. xxix. fuit Justinianus patricius venecie arum dux. anno eius secundo beati Marci euangeliste corpus venecias est translatum. ⁊ eo qui secutus est anno condite vrbis venete primo septuagesimo ⁊ q̄ dringentesimo ecclesia que nūc erat Sancti Marci venetijs edificari cepta. Inde ex senat⁹ consulto vrbis patronus constitut⁹. Eius imagine in vexillis detulerunt. Ipsius quoq̄ euangelij codicem ex aquilegia delatum cum alijs preciosissimis donarijs in eodem templo recōditerunt.

Fenix auis vnica

Fenicem nobilē ante oēs aues vnuz in toto orbe nec visum magnopere. Corneli9 valerian9 deuolasse in egyptum tradit. Q. Plautio. Sex. papinio consulibus. Allatumqz esse i vrbē claudij principis censura. Anno vrbis. dccc. 7 in comicio ppositum. quod actis testat9 est hec auis in arabia prius visa narratur aquile magnitudine. auri fulgore circa colla. cetera purpureus. ceruliam roseis cūdam pennis distinguentibus. cristis faciem. caputqz pulmo apice honestare. Auctor manilius senator est neminem extitisse qui viderit vescentem. vinere annis sercētis seraginta. Sepescentem cassia turrisqz surculis construere nidum replere odoribus. 7 superemori. Ex ossibus deinde ac medullis nasci primo cen vermiculum. inde fieri pullum. Huius alitis vita magni conuersionem anni fieri prodit idem manilius.

Jacobus maior apls

Jacob9 maior apostolus domini Jesu xpi. zebedeiqz. ex maria salome filius ac diui Johānis euāgeliste frater dictus maior cum prius altero vocatus ad apostolatū 7 per martyrium ad regnum celorum finit. qui dominus vna cum eodem Johanne vocauerat dicens. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Quiqz relictis rethibus secuti fuerunt eum. post aduentum spiritussancti hispaniam accessit ad predicandum. postqz vniuersam predicando peragrasset hispaniam. in qua nouem tantum conquisierat discipulos. cum videret gentem illam agrestem in indeam reuersus. Ab herode Agrippe regis fratre qui in hierusalem fratris vices gerebat. ob truncatione capitis sui martyrij palmam adeptus est. Vt dicitur die qua 7 christus Jesus incarnatus 7 passus est anno vno integro reuoluto. Cum vero duceretur ad locum passionis per Josiam scribam. 7 in via paralitici cum sanasset. Josias credidit. prius baptisatus capite priuatus cum sancto Jacobo fuit. Eius autem sacratissimū corpus discipuli eius nocte rapientes de hierusalē ad hispanias trāstulerunt. 7 compostellam ciuitatem gallicie intrantes in vltimis finibus hispaniaruz partibus condidere. Ibiqz celeberrima gentium illius 7 peregrinarum nationum veneratione excolitur. Stupenda efficit quoqz deuotio fidelium infusa mentibus in visitanda limina eius 7 ecclesia firmauit. in eo vero votonullus preter apostolicam sedem dispensare liceat 7 quod minus ceteris apostolis christi illic in vita collatus fuit honoris 7 glorie propter breuitatem vite eius. hoc quasi diuina munificentia post mortem suppleuerit.

Prima persecutio christianorum tertiodecimo imperij Neronis anno cepta fuit. Is in christianos primus exercere cepit. in qua preter sanctum Petrum et Paulum apostolos vt illico patebit etiam infrascripti singulares viri Rome 7 etiam alibi glorioso martirio coronati sunt. quorum denu mero quadraginta septem fuere a beato Petro apostolo baptisati. qui cum eodem sancto apostolo in custodia continentur. tandem deniqz sub deuotissima fidei confessione ibidem Neroniano gladio secundo ydus Marcij consumpti sunt.

Jacobus iustus Minor apostolus



Jacobus apostolus cognomento iust9 dictus minor respectu maioris. non quo ad sanctitatem. sed ob vocationē ad apostolatum. Domini nostri iesu christi. (ex sorore marie matris eius) frater post ascensionem domini ab apostolis Hierosolomitane ecclesie primus episcopus ordinatus. Sedit annis triginta. vsqz ad septimum annum Neronis. Vir certe ab ipso matris vtero sanctus. qui vinum 7 sicerā non bibit. nec carnem manducauit. ferrum in caput eius non ascendit. oleo enim nō est vnctus nec etiam balneo vsus est. veste linea superindutus solus sancta sanctorum ingrediebatur. 7 ita assidue pro salute populi flexis genibus orabat. vt eius genua camelorum more occalluerint pro hac summa iustitia. iustus appellatus. 7 vt Ignaci9 tradit facie vita 7 modo cōuersationis christo Jesu domino nostro simi-

limus fuit. ac ffratres gemelli fuissent. Hunc itaq; anna⁹ pontifex iudeorum recedente festo ex iudea ipsius puincie gubernatore comprehendit. Et christum negare attemptauit. posuerunteq; super pinnaculum templi & congregata multitudine christū verum deum venturū ad iudicandū vivos & mortuos proclamauit rplani gauisi. pharisei conturbati. ascendentes eum de templi pinna deiecerūt. confestim in terram collapsum lapidibus obruti preceperunt. proiit tamen potuit manus ad celum tendit & pro persecutorib⁹ orauit. Quo adhuc spirante fullonis fuste in capite percussus expirauit. Sepultus iuxta templum. Huic post resurrectionem dominus apparuit ei panem benedicens & frangens dixit. Mi frater comede panem tuum quia a mortuis filius hominis resurrexit. cum votum emisisse non gustaturum panem nisi eum prius videret. cum tante sanctitatis fuisse dicit Josephus q ob necez eius hierosolima eversa fuit creditum sit.

Crucifixio sancti Petri apostoli.

Decollacio Pauli

Petrus vir sanctissimus cum tamen sibi nominis apud omnes coparuerat vt plurimum coleretur. hanc enim ob rem indignatus Nero mortem eius querere cepit. vnde sanctus petrus apostolus monentibus amicis ad declinandam iram principis via appia ab vrbe discedēs ad primum lapidem christo fit obuiam. quē adorans rogat. domine quo venis. tum christus Romam iterum crucifigi. extat sacellum eo loco vt verba hic sunt habita. ideo ad vrbem rediit clementem episcopum consecrat. non multe ei post vna cum sancto paulo iussu Neronis necatur vltimo eius anno. diuersis tamen trucidatibus. Sanctus enim Petrus apostolus cruci affigitur capite suo sancto in terram verso. eleuatisq; in sublime pedibus ita enim voluit. sepultus est in vaticano non longe a via trumphali. via aurelia secus ortus Neronis. Sedit autem annis viginti quinq. ¶ Paulus vero apostolus eodem die capite suo mulctatus. sinaratur via hostiensi anno post mortem christi trigesimo septimo. Cum autem separentur abinuicem inquit sanctus Paulus. parte cum fundamentum ecclesiarum & pastor omnium agnorum Christi. Petrus apostolus respondit. Vade in pace predicator bonorum. mediator & dux salutis iustorum Marcellus & apuleius fratres discipuli condientes aromatibus sepelierunt. Hodie capita sanctorum apostolorum petri & pauli auro argento ac gemmis ornata in ecclesia lateranensi sancti Johannis reposita populo ostenduntur.

Seneca

Seneca qui q lucio Anneus stoicus philosophus natione cordubensis neronis imperatoris preceptor. Rome in precio fuit. & patruus lucani poete. De quo diuus Hieronimus meminit dicens q fuerit vir continentissime vite. & propterea eū in cathalago sanctorum ponit. & marimi propter frequentes epistolas Pauli ad Senicam & ipsius ad paulum. Et cum esset neronis magister & illius temporis potentissimus optare se dicit eius se loci esse apud suos. cuius sit paulus inter christianos. Hic inter cetera gratiarū suarum beneficia sibi a deo collata. tante fuit memorie. vt duo milia nominum recitata. eo quo dicta ordine erant. mox recitabat & ducentos versus a ducentis scolasticis recitatos ab vltimo incipiens ad primum vsq; integerrime recitaret. Quem tandem ante biennium q̄z sanctus petrus & paulus martyrio coronarentur a Nerone seuissimo discipulo retributionis gratia interfectum fuisse legimus. Nam cum senex admodum esset Seneca pisoniane coniurationis labe notatus. Vel vt alij ferunt cum Nero verbera que sibi a pueritia intulerat ad memoriam eo intuitu reducēs infremuit (immo ob innatum in virtutes odiū) a Nerone per centurionem senece indictum fuit vt sibijpsi mortem deligeret. qui cognita impatorie voluntate. petijt vt in tepenti aqua ponerētur. & ibidem omnes vene eidem aperirentur. donec spiritum exalaret. suaue genus mortis arbitratus mori incisione venarum. & ita vitam suam finiuit. Hic nanq; doctissimus vir multa diuinarum & humanarum scripturarum

edidit documenta.

Lucanus

LVcanus anneus p̄ dicte Senece nepos.orator 7 poeta hystoricus celeberrimus qui patruo iunior.ob ingenij tamē magnitudine par illi habitus est.hic nanq; senece ex mala ei⁹ iuniore fratre nepos fuit.q̄ primo rome sub Cornuto studuit. vbi optime edoctus condiscipulos sibi gratissimos.Persium 7 bassum(quos mirum immodum dilexit)habuit etiā hic ob eius ingenium a Nerone in curia vocatus diu gratissimus ei fuit.Inde questor dictus etiam auguratus sacerdotium assuetus est.Tandem de cōiuratione pisomane accusatus accepto mortis arbitrio venas precidere fecit.quibus expletis statim e vita discessit pridie kalendas.maij cuius corpus sepultum fuit in hortis suis.

Persius

PErsius flaccus aulus patre flaco matre fuluia.volaterana ethrurie vibe.vt Eusebius ipse describit lune potius natus est.mediocri aūt statura insigni forma probatis moribus.ingenio 7 doctrina prestanti fuit.Prima adolescentia patre mortuo.Quirēnium palemonem grammaticum vicentinum audiuit.Mox rhetorice sub virgilio flauo incubuit inde se ad comutum philosophum conferens familiariter secum ad interitum vsq; vixit.anno vero etatis nono ac vigesimo stomachi vicio regnante nerone interijt 7 rome in prediis suis sepultus est.vnum satyrarum relinquēs librum in quo vere laudis plurimū meruit.licet imperfectum.his quoq; temp̄ibus comut⁹ ph̄s 7 poeta a nerōe crudelissimo sine labe ali-

Philippus apostol⁹

q̄ erilio dānat.q̄ pre nimio amore pscij discipuli bibliotecā cōpauit preciū sororib⁹ (q̄s instituerat heredes) tradidit.

PHilippus dñi nostri ihu rp̄i ex duodenario collegio apostolus vocatus.vt eum seq̄retur.Is adduxit fratrē suum nathanaelem doctorem legis.in quo dolus non erat.ad eum qui ad apostolatum nō fuit vocatus.ne conuersio hominuz ad fidem humane patrie attribueret.hic apostolus cuz per.xx.annos per vniuersam scithiam predicasset.Illamq; pene totam ad christi fidem conuertisset.hieropolim asie vibem veniens. hebeonitarum heresim qui christum fantasticam carnem sumpsisse predicabāt extinxit.demum a paganis tentus ad imolandum statue mātis adductus sub base statue draco egrediens filium pontificis qui ignem in sacrificio ministrabat 7 duos tribunos quorum ministri apostolum detinebant occidit 7 plurimos languidos reddidit.precibus tamen apostoli disparuit 7 istos sanitati restituit.Quam obrem infideles cum tenentes anno etatis sue septuagesimooctauo crūci quam predicabat ad instar magistri sui affixerunt 7 martyrez christi fecerūt.Iste duas filias virgines post se dereliquit que ambe cum patre sepulte sunt vna a dextris alia a sinistris.

BArnabas e septuagintaduobus discipulis fuit natiōe cipnus.hic datus fuit in socium paulo ab apostolis ad predicandum gentibus.Is in ytaliam veniens ex p̄cepto petri omnem longobardiam predicando 7 docendo circuiuit.7 per se suosq; discipulos cisalpinam galliam ad christi fidem conuertit.7 apud mediolanum primus cathedralem locum tenuit relicto ibi episcopo cipnz regressus cum euangelio mathei pluras sanans apud salaminā paulo ante petri martyriū et ipse ibidem martirio coronatus est.

Anno mundi.5273. Anno rp̄i.lxviij.

LInus ab vltimo anno neronis beato Petro succedēs vsq; ad vespasiani tempa pūenit.a consolatu saturnini 7 scipionis.vsq; ad capitonem 7 rufum consules.Sunt qui hunc locum clementi asscribant. 7 Linum 7 Cletum pretermittant. quos non solum hystoria.verum etiam ☿ Hieronymi autoritas reprehendit.Quartus inquit post sanctum petrum rome episcopus clemens fuit. si quidem linus secundus.Cletus tertius sunt habiti.Tametsi latinoruz pleriq; post petrū statim clementem numerent.quem certe constat tante eni modestie fuit.coegisse linū ac cletum ante se munus pontificatus obire. ne posteris hoc principat⁹ ambitio pernitiosi exempli haberetur.licet eidem petrus quasi ex testamen-

Linea summorū pontificum.

Linus

to successionis locum tradiderit. Fuit autez linus ex natione thuscus patre herculano vir certe moribus z sanctitate preclarus. Is ex mandato petri constituit. neque mulier nisi velato capite templū ingrederetur. z ex sacris ordinibus bis in vrbe habitis p̄ sbyteros decem z octo. episcopos vndecim creat. scripsit z res gestas petri. maxime vero eius contentionem cum Symone mago qui cum demones effugaret. mortuosq; ad vitā reduceret. a Saturnino consule cuius filiā a demonib⁹ liberauerat capitali supplicio afficit. ac vndecimo kal. octobris i vaticano iuxta petri corpus sepelitur. cū sedisset in pontificatu annos vndecim menses tres dies duodecim. Cuius corpus aiunt gregoriū episcopum ostiensem in ostiam transtulisse. z diui laurentij tēplo honorifice collocasse.

Cletus

Anno mundi. 5284. Anno xp̄i. lxxviij.

CLetus papa natione romanus de regione vicopatricij patre emilião adhortante demente pontificatus munus inuitus suscepit. licet doctrina moribus et dignitate plurimū apud suos valeret. vir quoq; optimus atq; sanctissimus qui nihil preter missit. quod ad augendam sanctam ecclesiaz dei pertineret. Quam cum optime pro tempore constituisset. redactis in ordinem ex mandatis petri viginti quinq; p̄sbyteris sub domiciano cesare martirio coronat. ac sepelitur apud beati petri corp⁹ in vaticano quinto kal. maij Et primus. vt aiunt. litteris apostolicis salutē z apostolicam benedictionem scripsit. fuit autem temporibus vespasiani z titi a consulatu Vespasiani septimo z domiciani quinto vsq; ad domicianum z ruffum consules vt Damasus scribit. Sedit annis. xj. mense vno diebus vndecim. Sedes autem huius morte diebus viginti vacat.

BArtholomeus apostolus vnus ex senatoribus celtis post aduentuz spūssancti postq; in lycaonia z india xp̄i euangelium p̄dicasset. in albanam maioris armeie vrbem veniens confestim templum vbi deus astaroth colebatur ingredit effecit vt dēmon nullum cultoribus suis responsum preberet. pergentes ad vicinam ciuitatem ab ydolo responsum habuerunt ob ingressuz sancti Bartholomei eorum deum cathenis ligatum. vt loqui non valeret. z vt eum ostenderet ait. Capilli eius nigri z crispi. caro candida. oculi grandes. nares rquales z directe. barba prolixa. habensq; paucos canos capillos. statura equalis collobio albo clauato purpura vestitur. Induitur pallio albo. quod p singulos angulos gemmas habet purpureas centies fleris genibus per diem orat ꝛc. Ibi ei euangelium predicans Polemium ipsius vrbis regem ac reginam cum duodecim ciuitatibus ad christum conuertit. z demonem deformem ostendit. propter quod pontifices templi indignati. ipsuz ab astiago fratre polemij sibi infensissimo primo cedi. deinde excoriari z capite obtruncari fecere. qui ad celeste gaudium triumphum peregit. cuius corpus a fidelibus ibidem cum omni veneratione tumulatum postea ad lipparim delatum. inde beneuentum. z vt aliqui sentiunt demum romam translatum. fuit autem nobilissimis ortus parentibus. qui hierosolimam veniēs audita cristi diuinitate ac crebris eius miraculis eidem adhesit.

Bartholomeus apostolus

Appollinaris

APpollinaris rauennatus episcop⁹ sctissimus vir ab apostolo petro ordinatus rauēnas missus. seuis verboruz flagellis sepe conteritur z semnile corpus ab impijs horrendus cruciatibus laniat. ne autem fideles de suis vexationibus trepidarent signa apostolica perfecit. puellam mortuam suscitauit. cecis visum reddidit. muto loquelaz lepr̄osos mundat. atq; portentum simulachrum vna cum templo in terram deiecit. Tandem apud candeum vrbem inter succedentia

tormenta gloriosim consummauit martyrium decimo scilicet kal. Augusti.

Linea Imperatorum

Galba

Otho

Vitellius

Vespasianus

Galba vir antiquę nobilitatis. cum progenies cesarum in nerone defecit (quod euidentissimo signo apparuit. Augusti ei sceptrum e manibus excussum est) Neroni successit nullo gradu contingens cesarum domum. In hiberia imperator a militib⁹ creatus vbi neronis mortem comperit. romam confestim venit septim⁹ romanorum imperator. Qui a pncipio liberalibus disciplinis ⁊ iuri operam dedit ⁊ vita priuata insignis fuit militaribus oc domesticis in rebus. Sepe tamen consul. sepe proconsul frequēter dux fuit gūissimis bellis. Statura iusta fuit. capite caluo. oculis ceruleis. aduncо naso. manibus pedibusq; articulari morbo distortissimus vt neq; calceus perpeti. neq; libellos euoluere aut tenere omnino valeret. excreuerat in deteriore latere eius gibbus. Cibi plurimi tempore etiam hiberno ante lucez capere consueuerat. libidinis pronus. verum cum omnes auaritia ac segnicia offenderet. Insidijs ottonis Rome ad lacum aureū cuz Pisone nobilissimo adolescente quem in filium per adoptionem susceperat iugulatus est. Perijt autem tertio ⁊ septuagesimo etatis anno impij mense septimo. qui Marcum fabium quintilianū insignem oratorem or hispania romam duxit

Otho octauus romanorum imperator patre equite matre humili. materno tamen etiam quam paterno nobilior. a prima adolescentia prodigus ac procax. per gratiam liuie auguste in cuius domo creuerat. senator facet⁹ quippe qui neronis familiaris fuerat. ⁊ omnium consiliorum particeps. inter tumultus cedesq; inuasit imperium. Cum autem ciuile bellum contra vitellium in germania imperatorem creatū molitus. tribus lenibus prelijs superior fuisset. vno ad alpes. alio apud placentiam tertio ad castorem. quarto apud hebrai cum superaretur. vnde rerum desperatione sibi met manum iniecit. Cum vno se ictu infra leuam papillā traiecit. Irrumpentibus ad primum gemitum. modo celans modo detegens plagam exanimatus est. ⁊ apud volaterranaz ethurie vibe funeratus vti preceperat. xxvij. etatis anno. ⁊ nonagesimo ⁊ quinto imperij die fuisse aūt traditur. statura modice ⁊ male pedatus. caluusq;. mundiciarum vero pene muliebriū. quem alij predicant virū fortissimum ac rei bellice vniciam imperatorem.

Vitellius non⁹ romanoꝝ imperator familia magis honorata quam nobili romam veniens. puericiam primamq; adolescenti ⁊ capreis egit inter tiberia scorta. sequenti etate omnibus probris contaminatus. caio per augurandi. claudio per alee studium. sed aliquanto Neroni acceptior. trium itaq; principum indulgentia honoribus. amplissimis auctus. proconsulatum affrice ⁊ curam operum publicorum administrauit. a galba deinde in inferiorem germaniam missus est. Castra vero ingressus nihil cuiq; poscenti negauit. ideo in veste domestica imperator est consaluatus. ac imperio potitus in omnem nequiciam seuiciam ⁊ ingluuiem prolapsus est. Nam tante verocitatis fuit vt sepius in die comederet et vna cena suo iussu duo milia piscium. ⁊ septem milia auium apposita sint. ferunt enim eum fuisse rubicundissime facici ⁊ obesi ventris. verum vbi comperit vespasianū apud iudeā palestine ab exercitu imperatorez creatum cum legionibus aduentare. primū deponere imperium constituit. postea a quibusdam animatus sumptis armis sabinū vespasianū fratrem cum flauianis in capitoliū cōpulit quo quidē succenso oēs concremati sunt Supueniente vespasiano e cella palatij p viā sacraz semi nūdus ad scalas deducit vbi excatus in tyberim proijcit. Perijt cum fratre ⁊ filio anno vite. vij. quinquagesimo.

VEspasianus flauius decimus romanorū imperator. cū rebellione accederet trium principū incertū ac vagum imperiū fuit. Tandem gens flauia firmauit. Vespasianus autem natus est in sannis vltra reatum vico modico. quinquennio anteq; Augustus excederet. vxorem duxit flauiam domicillam ex hac liberos tulit Titum ⁊ Domicianum. cum tū hic ante demandatum sibi imperium a claudio missus in germaniā ⁊ brittaniam tricies cum hoste conflixit. Deinde biennio ante neronis mortem ad capiendam iudeam ab ipso nerone missus. multa ibi strennue gessit certamina. pro quibus audita principis morte ab exercitu imperator appellatus est. q̄ bellum tito filio commendans. romaz per alexandriā profectus est. vbi vrbem deformē moribus ⁊ legibus ac structuris ornauit. fuit enim vir clementissimus ac munificentissimus qui principatu suscepto rempublicam ferme collapsam optime restituit. Templum pacis perfecit. Amphitheatrum (Cuius pars adhuc in vrbe extat) inchoauit. Statura fuit quadrata cōpactis firmisq; membris. vultu veluti nitenti offensarū minime memor. colligendarum tamen pecuniarū nimiū studiosus. licet ex aliēnos raperet. eis demiq; ad munificentiam vsus explenit eni censum senatorium consulares impes sustentauit. Qui tandē postq; multas deduxisset colonias p fluuio ventris vsq; ad defectionē soluto imperatorē ait stantē mori oportere. Dumq; consurgit inter manus sublenanti ūm extinctus est annum gerens etatis. 69. cuz imperasset annis decem

Andreas apostolus

tem et doctrinā beati dñici et franaſci aſſiſiatis ſanctitas. Improbauit ꝑterea abbatꝫ yoachim libellū quendā non ſanā doctrinā pre ſe ferentē. Dannauit et errores almerici heretici q̄ poſtea pariſius cū ſectatoribus ſuis exuſtus ē. qui affirmabat ydeas q̄ ſunt in mente dīna et creare et creari. cū in eo nil niſi eternū et incōmutabile ſit Dixerat ꝑterea ī charitate ꝓſtituto nullū peccatū imputari. Nec innocentꝰ opa pietatꝫ in tanto pontificatū ꝑtermiſit. Extāt etiā rome duo huius pontificis opa ſitu. vtilitate et vſu longe diſtantia. Hoſpitale ſanctiſpūs in ſaxia a longobardis et ſaxonibus ibi ſolitis habitare appellatū. qđ in vaticani ſubūrbio celebre et ditiſſimū hoſpitalitati ampliſſime deſeruit vnū. et alterū turris appellata comitis vriſani operis. q̄ muro omniū totius vrbis rariſſimo ſublimitate ſurgit eximia. Eſtq̄ ad fox oli nerue ad veteris ſub ure principiū que ꝑ etatē noſtrā et diu añ inhabitata nulli oīno vſui ēaut fuit. Indeq̄ baſilicā ſancti ſixti q̄ extat in auentino celebris tūe ditū tā inſtauranit. Vex dū pernſij tollende diſcordie cauſa (que inter genuenſes et pyſanos vigebat) profectus fuiſſet morīꝫ pontificatus ſui anno. xviij. menſe. vij. die. xxj. Cuius vita adeo ꝓbata fuit vt poſt eius mortē nil earū rerū que in vita egerit laudauerit improbauerit q̄ immutatū ſit. Hic q̄ primū ordinē diui auguſtini heremiticū ſub tutela apoſtolica ſuſcepit.

Concilium lateranenſe.

Synodꝰ maxima hoc anno apud lateranū ab innocentio pontifice predicto ꝓ recuperanda hieroſolyma celebrat. Cui interfuere mille et trecenti prelati cū hieroſolimitano et conſtantinopolitano patriarcha. Metropoli. lxx. epi. cccxij. abbates. priores. conuentuales. viijc. greci et romani impij legati. regū vero itlm. frantie. hyſpantie. anglie et cipry oratores. Venere mlta tū quidē in conſultationē nec decerni tū quicq̄ aperte potuit. q̄ et pyſani et genuenſes maritimo et ciſalpini terreſtri bello inter ſe certabant. Verū decreta ibi ꝑlata fuere quibus tā layco ꝙ q̄ clerico ꝙ mores componerent. /

Ordo iohannis boni



Iohannes bonus ordinis heremitarū diui auguſtini inſtaurator. natione mantuanꝰ his tpibus i flaminia et vmbria vitā religioſiſſimā ac ſanctiſſimā duxit. multa monaſteria ibi erexit. inde fratres zambonite vulgo appellati ſunt. Tandē cū vir ſanctꝰ. l. annis i flaminia cōmoratꝰ fuiſſet ī patriā reuerſus plenꝰ dieꝝ et opibus bonis. anno a natiuitate dñi. M. cc. xxij. migrauit ad dñm. Cuius corpus tranſlatū in monaſteriū ordinis ſub titulo ſancte agnetꝫ fabrefactū. ſummo ſeruet honore vbi indies fiūt miracula.

Philippus ſuenie princeps et etrurie dux. heinrici ipatoris fr̄. quē idē heinricus moriens filij friderici religrat tutorē regnū accepit. vex heinrico mortuo maria iter electores orta ē diſſenſio. i germania ei electoꝝ ps ottonē ducis ſaxonie q̄ in aſia fuerat germanū fratrē delegit. ps philippū qui ab heinrico iſtitutꝰ erat cenſuit ꝓſeruandū. et res bello diſſidioſiſq̄ diutiſſime acta q̄ philippo rex frantie ottoni rex anglie fauebat. ꝓpter hāc diſſenſionē imꝑatoris deligēdi ytali neq̄ philippū neq̄ ottonē ad iperiū admittūt. ꝓter id tm̄ tpis qđ inter coronationē et depoſitionē ottonis iterfuit. p reliquū vero eorundē impa. tps vacaſſe iperiū ſcribūt. p hilippus aūt anno. M. cc. alſaciā bello deuaſtauit. gentinā obſēdit et in ſuā poteſtatē accepit. ſe[illegible] i a[illegible]o ſimilia i thuringia peregit. lantgrauiū d[illegible]ctū in grām ſumpſit. innocentiꝰ vero pon. qui ſtabat heinricū et friderici patrē ꝓ ra roma. egiſſe eccliaz ottonē impatorē ꝓnūciauit.

Linea impatorꝝ. philippus.

Otto. iiij.

Philippus ira succensus arma parat. acꝰ ottonē philippo rege francoꝝ fauente in expeditionē prodit. Otto ꝙz composito exercitu vna cū iohanne angloꝝ rege pugnandi copiā facit. Iunctꝙ singularia certamina precipue apd coloniā. Ad annū ꝙz pontificatꝰ innocentij octanū otto ille quē ro. regē impatorem ꝙ istituerat a philippo vbiꝙ succubuerat agrippina colonia germanie vrbis p̄clara ottonē pulsum postremo omniū conseruauerat. Quā vrbē philippus arta p̄sit obsidione. ottoꝙ facta eruptione congressus supatusꝙ a coloniensibus ē expulsus. Qui tpi cedentes philippo impatori debitā obedientiā prestiterūt Tandē principis diuturnis defatigati bellis pace confecta philippus romanoꝝ impator declaratus. ac sic. ix. annis nō sine molestia hanc dignitatē retinuit. nec tamen diuturna fuit philippo in adepto vbiꝙ p arma impio quies. quem lantgraius thuringie princeps multis in suā sententiā tractis circūueniens. Vel vt alij scribunt. Otto comes palentinus de witilspach bamberge interfecit. x. kal. iulij. Corpus bamberge inde spire iussu friderici sepultū. Fuit autē benignus. ac largus. debilis corpe. attamen virilis. facie venusta. capillo flauo. statura mediocri decorus.

OTto dux saxonie. huius nominis quartus. Anno a natiuitate dñi. M. cc. ix. cū philippus impator a comite palatino interceptus fuisset. impator a germanis suis delectus impauit annis tribus. qui statim romā p̄ficiscens ab innocentio tercio sequenti anno in basilica sancti petri coronatus est. Verū post acceptū ab ipso pontifice dyadema iurisiurandi quo se de more obligauerat religione post habita terrā ecclesie hostiliter inuasit. nā radicophanū montē faliscū siue vt corrupte appellant flasconē et totā pene romandiolā p diuersas legiones diuersosꝙ legatos occupauit. et ad regni neapolitani regiones conuersus vt eas ꝙz caperet est admirus. friderico secundo quē romani pontificis auctoritas et promissa protectio securū redderet. nilꝫ tantis motibus ꝓspicante. eos vero motus pontifex innocentius iuquo ferens animo ad ottonē misit Qui eū suadendo. hortando. admonendo perpincere conarent. vt capta de ecclesie terra feudatario redderet. qui peiora indies molieb̄at. vnde pontifex eū anathemate primū percussit. deinde perseuerantē et vias omnes romanas latrociniis infestantē imperio et alemanie regno priuatū depositumꝙ pronūciauit. Secutos eū prelatos et proceres ac omnes alios imperij ac regni populos eatenus sacramenti religione qua illi obligabant absoluens vt non magis possent ꝙz deberent ab eius imperio reuerentia et obedientia se subtrahere. quāobrē rex bohemie. lantgrauius thuringie. ac archiepi magunt̄ins treuerensisꝙ. dux austrie. et ex militibus prestantiores quiꝙ eū deseruerunt. Cū etiā germani electores impij philippo suadente francoꝝ rege ꝙz primū de priuatione ottonis certiores facti sunt fridericū secundū sicilie regē vigesimū agentē annū in romanoꝝ regē declarauerunt. Philippus eñ frantie rex ottonē iohannis regis anglie ex sorore nepotē debilitari ac potentatu deiici optabat. Quibus tandē deterritus malis atꝙ periculis otto i alemaniā se recepit. et quecunꝙ de ytalia ceperat in romani pontificis friderici ꝙz sicilie regis potestatē rediere. Vbi postea a philippo francoꝝ rege apud tornatū superatus. Tandem anno salutis nostre. M. cc. xviij. otto imperator mestus languensꝙ animo breui obiit. Veneti autē rebellantē cretā in fide armis ptinentes anno dñi. M. cc. xiij. eandē in colonie formā redigere. missis eo ciuibus q̄ arcentenses i officio ptinerent.

Raimaldus epꝰ.

RAinaldus archiepꝰ colonienſ post destructā mediolanū a friderico impatore corpa trium regū ad coloniā tradurit. post gloriosam vitam in dño quieuit.

Richardus puer.

RIchardus ꝙz puer. Parisius a iudeis martirium passus multis claruit miraculis. quā obrē philippus rex frantie intelligēs iudeos p plura quotannis mala peregisse in vitu perium christianoꝝ priuatis bonis omnes e regno frantie expulit.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

Crucifitorū ordo in synodo lateranensi diu inchoatus ꝑ aliqñ intermissus ab ipso innocētio tercio pontifice anno pontificatus sui. xviij. restituit. Et confirmat ac mltis fauoribus cōmendat. Jd qz maxime factū est eo q̄ quedā albanensiū pestifera heresis surrexerat. que tantā in populo romano deroqz seditionē excitauerat quantā vnqz antea. quā obrē causam pontifex ipse multos cruce signatos impulit ꝯ eos arma sūscipe. quibus deuictis crucigeroꝝ ordinē iam sopitū et oblitteratū instaurans multis priuilegiis et gratiis mirabiliter auxit. Eidē autē ordini postmodū innocentius quartus deuotione affectus apud lugdunū existens regulā composuit et dedit in quo p̄cepit ipsis religiosis semp crucē in manibus portare. Ipsius aūt ordinis auctorē et ducē quiriacū episcopū et martirē tempe constantini magni helene matris primū fuisse tradūt. qui etiā cū iuliano apostata cū multis christianis passus fuit. ꝗ idē ordo ad nihilū fremensqz in presens redactus

Thartaroꝝ regni principiū.

Quid quidā ꝑsa ex ignobili familia. inter eos natus. thartaroꝝ gentis rex. vir quidē magnanimus ꝑ hec tpa ex indie montibus vna cū omnibus sue gentis viris ac mlieribus hostili aio egressus ꝑ vicinas quasqz vrbes spolia multa exegit et populū suū hoc mō

alerit. quibus spoliis allectus inde parthos venit et pariter terrore mediā. assiriā. persiā. armeniam et sarmatas nō longo tpe pnadens circa meotidis paludis littore ꝓcessit vbi et accolis suis sedes ꝓstituens in maximā euasit potentiā. vt regnū eoꝝ nūc multū creuit in finibus hungarie polonie et intra mare ponticū et in aquilone. et hi nunc vsonē cassanū habent principē. Sunt aūt thartari homines turpes. oculos grossos ꝓminentes habent latas facies et frontes nasosqz latos mediocres. et statura tante arrogantie vt dominū suū cham filiū dei appellent. Plinaqz de eoꝝ moribus hystorici scribunt.

Ordo carmelitarū.

Ordo carmelitaꝝ ꝑ hoc tēpus in siria apud carmelū montē ab alberto hierosolimitano patriarcha excitat. Et multis priuilegiis ab eo sublimat. atqz eidē regulā suo iure confectā obseruandā primo obtulit. et confirmauit. in qua ꝑ habitu fratribus eiusdem ordinis capā supiorē ex sirico cū quibusdā largis virgis scz albis et griseis circulatā more helye prophete (vt tradūt) assignauit. et deferendā constituit. Jsqz ordo cū in orbē diffunderet. locis et viris ꝑstantissimis indies multiplicaret. multas ipugnationes ꝑ multos annos ab emulatoribus pertulit. sed postmodū honorius pontifex eius nois tercius cernens ipsam sanctā religionē et ordinē a multis ipugnatū et aliqñ persecutū cū nō satis ꝓbatū conspiceret deuotōne motus primo pontificatus sui anno mutatis priꝰ circulatis clamidibus ob honorē b. vgis marie i albas sub titulo vginis marie de monte carmelo approbauit et ꝓfirmauit. Aiūt eñ ordinē istū dum in siria cū habitu illo procederet maxima

in reuerentia et deuotione apud ſoldanū egypti extitiſſe. et multas illi elemoſynas et benefitia contuliſſe. ſed eo habito mutato eū e finibus et regno ſuo eieciſſe. quāobrē neceſſe fuit illū in europā traiicere vbi mirū immodū excreſcens clariſſimos. et ſanctitate et ſcientia viros protulit. Quoꝝ de numero precipue fuere angelus declamator ardentiſſimus albertus ſicaulus cirillus grecus vir doctiſſimus. qui preter libros multos a ſe editos ſpiritu prophetie clarnit. Et alij clariſſimi.

S. Dominicus.

Dominicus hyſpanus. vir ſanctitate et doctrina plurimū decoratus. predicatoꝝ dux et pater inditus. ac chriſtiane religionis. quaſi matutinū ſydus emicuit p hoc tempus. Is in calogura al'. calaroga pago eronienſis dyoceſ natus. Cuius pater felix appellatus mater iohanna. qui tres filios habuerunt qui poſtea litteris edocti ſacerdotiū acceptarunt Tercius beatus dominicus cuius mater preuidit i ſomnis ſe geſtare catulū accenſam ore faculā baiulantē. qui egreſſus ex vtero totū mundū incendere videbaē. prefigurans ex ea predicatorē eximiū naſcituꝝ. fuit em̄ vitiorū mirabilis obūrgator. oppugnator hereſū. fideliū diligentiſſimꝰ exhortator. ab infantia q̄z cū eo miſeratio creuerat. ex canonico aūt regulari a deo vocatus cū fratribus ſociis predicatorū ordinē incredibili feruore fundauit. quo diuinitus inſtituto ab gloriosa dei genitrice Maria religionis habitū aſſumpſit. Et cū in tholoſana albienſi q̄z galliarū regione hereſis pullulaſſet. ac late et longe cepiſſz ſerpere. beatus dominicus tūc primū fama noſci ceptus ad eas extirpandas ſe contulit. Erant vero q̄ armis eā ſectā tueri admitterent. qua comes toloſanus notabaē infamia. Quare datus ē ab innocentio pōtifice et a francoꝝ rege ſymon de monte forti beato dominico adiutor. qui cū cohorte ab hieroſolime expeditōne reducta. A ſancto viro aduerſantiū arma conatuſq̄z retudit. tantiſq̄z ea hereſis deſipa erat radicibus vt qui ſeptimo ſchoauerat vir tandē vltimo pontificatus innocentij anno potuerit extirpari. Pater aūt religionis exiſtens. poſtea ab honorio qui ſciſmaticos apō tholoſam domitos audiuit. ordinis confirmationē obtinere meruit quo confirmato cū plura monaſteria extiſſet. et multis ſignis ac miraculis claruiſſet. ac varias regiones docendo et predicando luſtraſſet. Tandē anno ſalutis tercio vicesimo et duodecies centeno apud bononiā ytalie ciuitatē. nonis auguſti migrauit ad dñm. Quē poſtea gregorius. ix. auditis eius miraculis et vita preclara in ſanctoꝝ numero aggregauit. 1208

S. Franciſcus.

Franciſcus ſeraphicus natione ytalus. ex aſſiſio vmbroꝝ ciuitate ortus. vir vtiq̄z diuinus Ac primus inſtitutor ordinis fratrū minoꝝ. et fundator mirificus. Circa annos dñi. M. cc. viij. primo negociator humanus et affabilis ac pdigus vſq̄z ad annū. xxv. Inde terrena omnia deſpiciens. chriſtū in omni vita ſectatus eſt. Et cū aliquādiu pedibus calciatus et corrigia cinctus inceſſiſſet. ſententie dominice memor dicentis. Qui venit ad me et nō renūnciat omnibus. nō poteſt meus eſſe diſcipulus. Abiectis omnibus tunica incultam et contemptibilē funē precinctā induens nouū moꝝ ordinē conſtituit. cū quo velut ſol in orbe radians chriſtianā religionē plurimum illuminauit. Tantū aūt in ſeipſo rigorē auſteritatis exercuit. vt in temptatione carnis. in pruinali tempe nive vel glacie operireē. Paupertatē q̄z dñam ſuam ſemp vocabat. Malleabat potius ō ſe vituperia q̄z laudes audire. omnicq̄z ſtudio precauebat ne paupertatis metas tranſiliens. ad ſuperflua diffluereet. ardentiſſimoq̄z martyrij deſiderij feruebat. Ideo ſexto conuerſionis ſue anno ſiriā petiit ac ad ſoldanū acceſſit. Qui cū omni honore ſuſcepit. Duobus aūt annis ante obitū eius vidit in viſione ſeraphyn vnū in aere ſex alas habentem cruci manibus extenſis pedibuſq̄z coniunctis affixū. Alarū vero duas ſuper caput rectas. et duas ad volandū extenſas habebat. Porro duabus totū corpus tegebaē. Cunq̄z diutius cogitaret apparebant in manibus eius q̄ſi fixure clauoꝝ. latenſq̄z ipſius dextrū veluti lancea perforatū. Interea cū fratribus ſuis ſic abeo inſtitutis nouā dediſſet regulā. et chriſti ſtigmatibus inſignitus fuiſſet. et nomen ſuū in orbem diffudiſſet. cū nulla carni ſue requiem dederat a conuerſione ſua decimo octauo anno. et multis languoribus p̄teritū tempus effluxiſſet.

bnobus sequentibus grauioribus pene gericepit. Tandez plenus bonis opibus apud assisiū vrbem suā. anno salutis nostre. M. cc. xxvij. nonas octobris in domino feliciter obdormiuit. ꝛc. Quē et biennio post gregorius. ix. anditis eius crebris miraculis magna pius ob eā rē conuentu habito in numerū sanctoꝝ statim retulit. Nicolaus aūt tercius papa anno. M. cc. lxx. litteras de stigmatibus eius xpi fidelibus misit.

TErremotus atque portenta mlta his annis vbiqz ferme fuere. ita vt antiochia et tripolis atqz damascus magna ex pte conuerint. Cathina etiā sicilie in sula cōtra aquarū natura pelagus retrocessit. et hominū ferme milia absorbuit. In ytalia insup grandines onis anserū grossiores cecidere.

VIsum est q̄z signū mirabile in occidente post occasum solis in stella posita in austro. declinans in occidentē indirecto sideris quod astrologi corona adriagne appellāt. Visusqz radius q̄si trabes magna p multos dies ascendens in altitudinē firmamenti. Predicatores his temporibus multa alia signa contigisse asserebant.

¶ Anno mundi. 6413. ¶ Anno christi. 1214.

HOnorius tercius papa. patria romanus. patre almerico eiue romano gentis tercio suffectus innocentio. et ipm eius nominis tercū. perusie cardinales in romanū pontificē creauerūt. Qua in creatōne ad sextū predecessoris diē obit⁹ facta. maior solito adhibita est festinantia q̄ pusini ciues difficultatē hierosolime rerū. et bellorū ytalie sedandorū necessitates perpenderūt. et coacto in conclaui collegio penuria cibi p dies singulos maiore facta vt properarent. vim honestissimā attulerunt. Consecratusqz pontifex destinatū a predecessore pacis in ytalia constituende tractatū p oratores legatosqz continuauit. Ipse romā intra primū creatōnis mensem p sabinos se cōtulit. Sollicitabat eū cū petrus anthisiodorensis imperator constantinopolitanus. quē paulo post et volē simul vrorē idē pontifex in basilica sancti laurentij. que via tiburtina extra muros insignis visit.

Lincea sum. pon. Honorius. iij.

Gregorius. ix.

Celestinus. iiij.

impiali dyademate decorauit. Et rebus christianorū in romana consulturus q̄ hierosolimis p future viderent iohannē de columna cardinalē romanū. portuensem episcopū apostolice sedis legatū declarauit. impialesqz titulos honorius friderico secundo contulit. Quē post in rebus ecclesiasticis sibi vsurpatis anathemate notatū. dignitate priuauit. Ordinē heremitarū p̄ut innocentius fecerat. p tegendū cū suscepisset. Etiā ordines predicatorū et minorū cōfirmare voluit. hierosolimorū regē eratia ad se romā venientē benigne suscepit. Erant vero honorij pontificis decretales mulcte. tū rome opa sancti laurentij extra muros vrbis repata cū cenobio basilica. tū sanctasanctorū ad lateranensem ecclesiā instaurata celebris sanctimonie oratorijs. Bene autē ac beate vitā ducens vt bonū pastorē decebat. anno pontificatus sui anno. x. mense. vij. die xiij. moritē. Sepelituꝛqz in basilica sancte Marie maioris ad p̄sepe.

GRegorius nonus. papa natione hernicus. patria anagninꝰ e familia comitū innocētij tercij nepos. qui et laterano vbi creatꝰ fuerat ananiā p estati caumata sē ptulit. vñ fridericū monuit vt expeditionē in terrā sanctā cuius voto prīdē cruce signatꝰ se obligauerat. tandē iniret forte cōminaret vt nisi breui exeq̄ret excōicatōnis priuatōnisqz sniās ab honorio p̄decessore in illū p̄mulgatas. confirmatas etiā atqz etiā aggūaret. Promisitqz fridericus sē se vouerat. dictumqz est veris rps ad cōueniendū brunduſij. venerat eo magna mlt̄itudo p̄cipue vero ex germania lantgrauius hassie qui brunduſij vna cū magna pte militū morit̄. dū fridericꝰ egritudinē simulans in sicilia se continet. Hec fraus ita comprehensa est. cognita eū lantgrauij morte celerrime eo ad nauigasse omnemqz eius supellectilē diripuisse. Cognita igit̄ deceptione. ac etiā fraude fride-

rici honorij tercij sententiã in fridericũ latã confirmauit. Inde perusij pontifex assisiũ petiturus. vt qui de francisco viro sanctissimo miracula audierat presens cognosceret re comperta vt audierat. in sanctorũ numerũ statim retulit. Ceperant interim romani senatores qñq; vnũ. qñq; binos creare. hanibalq; ex hambalda gente romana nobilis senator heresi consentiebat. in quã multi inciderant sacerdotes. Hiq; pontificis reditũ formidantes tumultũ concitauerant sed diuina vltio compescuit. Thyberis eñ eã inundationẽ excrescens multa damna mortalibus intulit. Et tanta peste laboratũ est vt decimus quisq; vir superfuerit. Pontifex mira clementia vsus publice omnes priuatimq; etiã distributa pecunia cõsolatus ẽ. veteres cloacas purgari nouasq; plurimas construi curauit. Vrbis dignitati et valitudini vno tpe consulens. Accessit post ad vrbẽ reatinã pontifex curiã in ea aeris salubritate consecraturus. qua in vrbe beatũ dominicũ in sanctorũ numerũ retulit. Spoletũ postea estate cũ diuertisset beatũ anthoniũ cognomento paduanũ ob innumera miracula sanctorum confessorũ collegio congregauit. Qui tandẽ multis quassatis erumnis a friderico suadentibus. frantie et anglie regibus conuocauit omnes orbis christiani ad conciliũ. Verũ fridericus terrã mariq; vias preclusit. Cardinales pysana classis intercepit ad amalphiã vrbẽ ducti. in custodiã postmodũ tenti. Dũ aũt eo tardatus captorũ cardinaliũ et prelatorũ impedimento. desistit a concilio pontifex. mense augusto. Et primo quadragesimo salutis anno supra duodecies centeno obiit. pontificatus sui anno. xiiij. mense. iij.

Celestinus quartus. patria mediolanensis. et ganfredus ex castillonea gente. sabinensis episcopus. vita et doctrina insignis senex admodũ et valitudinarius in locũ gregorij suffectus. ad fridericũ mittens obsidionẽ fauentie continuantẽ multis illũ de futura pace pollicitationibus delinire conatus est. Sed prius quã fridericus responsum dare potuerit. celestinus ipse duo de vicesimo pontificatus die defunctus est. Cui vt successor daret vno et vicesimo mense laboratũ est. Causasq; diuturne vacatõnis apostolice scribũt. tentos in malphitano carcere cardinales. ne ipsis absentibus electio fieret protestatus fuisse. Quibus et collegas assensisse. videntes omnem ytaliam friderici moibus quassatam esse. et imminere per singulos dies periculũ ne vrbẽ romã caperet.

Linea impatorũ. Fridericus. ij.

Fridericus eius nominis secundus imperator. Anno dñi. M.cc.xij. ottone. predicto imperij titulis priuato. ab electoribus eius loco surrogatus. Et ab honorio pontifice confirmatus et coronatus. imperauit annis. xxxiij. Natus ex heinrico sexto et constantia sorore regis sicilie. Que cũ antiqua eẽt sub papilione panormi in medio platee. vt tolleret omnis suspitio et mulieres liberũ haberent aditũ in lucem editus. Is sub gubernatione ecclesie et innocentij orbato patre emtritus. Deinde potentissimus impator ytalie. sicilie. sardinie. hierusalẽ et sueue. dñs quo nullus magnificentior romanũ imperiũ tenuit. Fuit eñ armorũ strenuus. linguarũ sc; latina et vulgari. greca. gallica et sarracenica peritus. vigorosus. liberalis et magnificus. Verũ viciis nõ caruit luxuriosus nihil curans nisi tpale. cũ multis pontificibus romane ecclesie bella gessit. Fecit tamẽ magnifica edificia p omnes ciuitates regni aputlie et sicilie. Validissimã arcẽ capuana dicta in neapoli castrũ prutense et arcẽ sancti miniatis. Habuit ex prima vxore heinricũ et conradũ. qs consortes regni fecit. Ex secunda filia iohannis regis hierosolimitani iordanẽ ex concubina fridericũ regẽ antiochie. manfredũ principẽ tarenti postea regẽ sicilie. et rentziũ quẽ fecit regẽ sardinie. Fridericus itaq; primo post habitã magũtei regũ alemannorũ coronã. In sueuia gentilitatis sue regione desederat. Is audita clade quã otto afflictus erat. Aquisgranũ imperatoriã vrbem obsidione pressam recepit. vbi tercij innocentij romani pontificis auctoritate regiã iterũ de more coronã accepit. Et vt aliquã erga deum ostenderet gratitudinẽ cruce insignitus. voto se tũc publice obligauit subsidij christianis i asia agentibus afferendi. ne etiã pontifici quoq; romano ingratus esse videret. comitatũ de regno sicilie pmisit fundani perpetuo eius donationis iure a romana ecclesia pcalialiter possidendũ. inde in romanorũ regẽ electus ottone defuncto romã rediit. Qnẽ honorius impiali dyademate insigniuit. Obierat paulo prius constantia eius mater prestantissima mulier. nõ magis annorũ qua prudentie plena. que viso filiũ adolescentiã

supergredi incipientē. Qui duos ꝺ triginta ageret annos. ad eā diē in virtutū via ꝓtinuisse ꝙ ea de medio sublata mores vsquequaq; mutauit. In pontificē em̄ spreta iureiurandi religione anno coronationis primo mlta et quidē enormia ē aggressus quē vt a flagitiis a rebellione tparet. admonentē magis magisq; indies spreuit. vnde eū durit pontifex anathemate nisi resipisceret et ablata redderet deterrendū. sub ipm̄ fridericus impio priuatus. vt rebus ꝓsuleret alemanie. q̄bus ob noui imperatoris subrogationē timebat. heinricū filiū decennē illi in regē dedit. tribus abinde annis supuixit honorius. ꝓmisit postea fridericus qꝺ voauerat. et qꝺ pontifex gregorius volebat. Tandē ad terciū ydus augusti cū omni classe brunduſio solvit. ꝑ ceteri ad destinatū in accone cursum velis ardentissime remisq; ꝓtendunt. Fridericus noctu cū trireme dilapsus brunduſiū est reuersus. At gregorius pontifex tū intellexisset fridericū in ytaliā reuertisse q̄ntis potuit maledictionibus ꝓsecutus ē. Inde nauigationē ingressus de qua cipri subsistit. Seneſcallo militie siue magistro cū copiis ptolomaydā premisso q̄ soldani conatus inspiceret. fridericus ab illo accersitus ptolomaydā adnauiganit. Nec mora oratores in romā dimittens. absolutionē a pontifice implorauit pontifex q̄ oia restisset repulsam dedit. quāobrē frideric⁹ ꝓsultius sibi duxit in ytaliā nauigare. Et a tharentino portu quē primū de nauigatione attigit. neapoli anxius aduolauit iuerat ptolomaydā magister militie theutonice puteorū. qui cū ipso friderico in ytaliā rediit. faventia deinde anno obsidionis prope in friderici potestatē pactione ē facta. Inde in bononiā ducens studio eā priuauit. qꝺ tunc primū paduā est translatū. inde in mutinenses ac reginos duxit. sola agroꝝ vastitate contentus fuit. Continuatū postea est duos ferme annos bellū atroꝝ variumq; et longobardie ac oi ytalie ꝓnicioſissimū oibus quos ꝑ ytaliā partiū gibelline et guelfe labes ifecerat auxilio nō magis militū q̄ pecuniarū odio partiū vtrunq; ꝓtribuētibus. Tandē quartus innocentius pontifex excōicationis depositionis priuationisq; sniam in fridericū ꝓnuntianit. oibus iuramento absolutis. et potestate electoribus attributa nouū quē vellent principē deligendi. put in sexto ꝺ iudiciis nūcha beā. Et cū tanta pontifex lugduni inde rex francie in eggypto cū gloria et dignitate reipub. xpiane gererent. xpianos ipse in longobardia crudelitate ꝓsequit. Inde apud parmā prelio superat⁹ postremo in ciuitate firenciola in finibus abruccij infirmatus māfredi filij ausu veneno vel suffocatione interiit. Cui h̄ epigrāma affixit. Si ꝓbitas sensus virtutū gratia census. Nobilitas orti possent resistere morti. Nō foret extinctus fridericus qui iacet intus.

Eclipsis solis anno. M.cc.xxxviij. toti⁹ circa horā. ix. die. vj iunij facta est. et tanta obscuritas aeris fuit vt nocte adeē crederent. cām ignorantes ad priam redierūt. Designabat ꝑm iudiciū (q̄ fallax vt plurimū censeret) mortē gregorij noni et oppssionē ecclesie ꝓ fridericū.

Terre etiā motus marini repente exorti. et adeo grandes vt in montibus saluiis ad quinq; hominū milia periſse dicant. Quo quidē anno frisia regio a maritimis fluctibus pene tota submersa fuit. vbi ad centū hominū milia demersa referunt.

Ordo predicatoꝝ



Ordo predicatoꝝ his tpibus veluti nouū sydus a beato dñico diuinitus excitatus. et sub regula diui augustini institutus. Dū em̄ ad lateranense ꝯciliū cū fulcone tholosano epo et ad innocentiū adiisset. petens ꝓfirmationē. cū prenouitate rei sē difficilē exhiberet. nocte i somnis videns lateranen. ecclesiā suis compagibus resolutā grauē minans ruinā Cui occurrebat vir dei dñicus humeris suis casurā fabricā sustētare videbat. Qua visione motus. petitionē attente acceptauit. Hortans vt cū

fratribus regulā eligant. reuersus ad. xvj. fratres tholosē regulā predicatoꝝ ordinarūt. Interea innocentio mortuo ab honorio ista ꝑscripto pontifice ipso patre dñico istante auctoritate aplica tandē approbat̄ et confirmat̄. Ordo ḧ inter ceteros ordines ꝯ hereticos quāmarie extinguendos semp impetuosissim⁹ est habitus. Et ne predicationis officiū impediret. proposuerūt terrenas possessiones et reddit⁹ annuales ꝓsus abiicere. qđ postea in capitulo ḡnali bononie executioni mandatū fuit. Confirmationē itaq; ordinis sub regula augustini et ꝓstitutōnibus additis ab honorio accepit. Jpm ordinē postea raymundus dñici successor. ac reliq; vita et doctrina atq; ordinatōnibus mirūimmodū aurere. Quoꝝ de numero precipui fuere. petr⁹ martir veronenſ. thomas de aq̄no. et vincentius inter sanctos relati. reliqui q̄s vt petrus de tharentasia. innocentius q̄ntus appellat⁹. et bn̄dictus. xj. papa. hugo cardinalis biblie postillator. albert⁹ magn⁹. petr⁹ de palude. iacobus de voragine. anthoni⁹ archiep̄s florentinus. et alij innumerabiles doctores et sanctissimi ꝓfessores. q̄ illū ꝑ viribus aurere. rog̃ geri⁹ et alberus brixienſ. vgo ō argentina. thomas anglicus. vincenti⁹ burgundus theologus et hystoricus. atq; alij hystorici plurimi q̄ sua doctrina moribus et exēplis ordinē protexere et infide decorarunt.

Ordo minoꝝ



ORdinē etiā minoꝝ hac tempestate tercio kl̄. decembris honorius pontifex (et vt ferūt difficilime) confirmauit. Noluerat em̄ antiquus hostis hūc ordinē in ecclesia dei admodū ꝓficuū. ideo obstitit vt ad nihilū redigeret. Hunc itaq; ordinē diuus franciscus tanq; voluptatis ac pauptatis ortū multo labore plantauit. in q̄ vt quieti⁹ et securius a mundi fluctibus elongat⁹ soli deo vacare posset. Jpse franciscus beatissim⁹ primo itroiuit vt reliquos spūalibus et doctrine gr̄e aquis irrigaret. Jbidē ḡ constitut⁹ diuino afflante spū post suā ad deū pfectā ꝑuersionē cernens accrescere fratrū et filioꝝ suoꝝ numerū. vite normā et regulā composuit atq; descripsit. interpositis i ea sacri euangelij verbis. ad eius pfectionē feruentissime anhelabat. seruandamq; ꝓfratres suos vbo pariter et et exēplo edocuit. Regula aūt et vita fratrū minoꝝ vt ipse ait. Hec ē dñi nr̄i iesu xp̄i sanctū euāgeliū obseruare. viuendo ō obedientia. sine proprio. et in castitate vsq; ad mortē. Et cū innumerabiles ex hoc ortolo emerserint viri qui ipm signis et doctrinis illustrarūt inter p̄cipuos numerant̄ ludouicus ep̄s. anthoni⁹ vlixbonenſ. bonauentura cardinal̄. et bernardin⁹ senenſ in catthologo sanctoꝝ relati. ß et nicolaū eius nois q̄rtū. alexandꝝ quintū. et sirtū quartū pontifices marios. de quibus et aliis latius ifra dicē. inter doctores etiā solēnes sacri ordinis numerant̄ alexander de ales. richardus de media villa. et innumerabiles alij.

ANno salutis primo vicesimo duodecesq; centeno thartari gentes cithica georgianā armeniamq; maiorē direptas vastatasq; suo subiecerūt imperio. inde ripheis montibus trāsmissis ad eas delati vastissimas regiones. q̄ transiluanā contingūt. in poloniā et post in hungariā penetrarūt. quas xp̄ianas regiones populatōnibus incendiisq; late cōmissis magno affecerūt incōmodo.

HJerusalē ciuitas q̄s a cordirio magni saladini filio obsidentibus damiatā xp̄ianis quinta vice funditus enertit. templo dñi tantūmō integro relicto. Et cū sepulcrū domini nr̄i iesu xp̄i violare etiā statuisset p̄cibus xp̄ianoꝝ pulsatus ab scelere destitit.

Sancta Clara.

QLara virgo admirabilis et sanctissima. de ciuitate assisij. claro satis genere trahit originē. Cuius pater miles. mr̄ ortulana dicta. diui francisci disciplinis et exemplis in diuino ope plurimū erudita. His tpibus apud assisiū vibē virtute sanctitatis et ḡtia in p̄cio habita. que ad ecclesiā san

eti damiani cõmigrans collegiũ sanctũ panpeꝛ dominarũ ordinẽ inchoauit.in hoc arto recluso rio p.xlij.annos miranda carnis sine maceratõne et in operibus virtutũ claruit.diuersa q̃z miracula signo crucis peregit.Cũ sub impatoꝛe friderico quassata esset ecclesia.Et in assisiũ hostilis furoꝛ irrueret.Et sarracenoꝛ gens apud damianũ sanctũ.intra claustrũ virginũ influerẽt. Clara infirma ad hostiũ agmen se duci iubet.et ante hostes poni p̃cedente ea capsula argentea i qua erat sacramentũ eucharistie.et in oratione cũ lacrimis ait.placet mi dñe inermes ancillas tuas manibus tradi paganoꝛ.custodi famulas tuas.illico ad aures eius intonuit.ego vos sp̃ custodiã.et mox qui muros ascenderant obsidionẽ derelinquũt.In religioso eius transitu innocentius quartus cũ cardinalibus eũ visitans.ab eo remissionẽ omniũ peccatoꝛ obtinuit.in dño confortata.xvij.diebus nullũ cibũ sumpsit.tandem ait ad animã suã.vade secura.quia bonũ itineris habes conductoꝛẽ.In crastino igit̃ beati laurentij egredit̃ anima eius sanctissima.et ad sanctũ geoꝛiũ vbi corpus beati francisci primo conditũ fuerat deportat̃.Agnes autẽ soꝛoꝛ eius nuptias euocata intericetis diebus subsecuta est et cũ sanctissime vsq̃z ad vite exitũ vixisset et dñs ad gloriã eius plura miracula fecisset.anno.M. cc.lv.alexander q̃rtus in sanctarũ cathalogo eã aggregauit.Et eius dici festũ pridie ydus augusti celebrari mandauit.

Sanctus Anthonius de padua.

Anthonius patria hyspanus.vlirbona ciuitate oriundus.ordinisq̃z minoꝛũ frater.Vir vtiq̃z sanctus et mltis virtutibus adornatus.Is in baptismo ferdinandus appellatus.primo canonicoꝛ regulariũ habitũ suscepit.Cumq̃ audisset fratres minoꝛ apud marrochiũ p̃ cristo necatos.p eis habitũ minoꝛũ accepit.vbi nocturnis vigiliis corpꝰ mira abstinentia macerauit.Hic gloriosus pater cognomine de padua dictus.cũ ibi predicans diu requieuit.et rome de mandato summi pontificis peregrinis plurimis predicaret linguã sic monit vt tam greci latini francigene theutonici q̃z anglici omnes qui audiebant clare intelligerent.Et cũ inter religiosos nõ solũ sue etatis sed priꝰ seculoꝛ omnibus litteris ornatissimꝰ haberet̃.sacraꝝ litterarũ archa cognoiari meruit.Et cũ thoIose bononie ac patauij din theologiam egregie docuisset.hac tempestate patauij infinitus clarus miraculis mouit̃.et a gregorio nono pontifice eas ob res statim in sanctoꝛ confessoꝛ consortiũ refert̃.anno.M.cc.xxxij.Inuenta est postea in translatione corporis positi de loco vno ad aliũ.lingua eius in oꝛe adeo recens rubicunda que p̃ plures annos cũ corpoꝛe sub terra iacuerat ac si tũc decessisset.quã beatus bonauentura affatus ẽ.O lingua benedicta que semp̃ deũ benediristi.nũc apparet quantisancti meriti fuisti.Anno deinde dñi.M.cc.lxiij.cũ eius meritis patauina vrbs de manu ezelini tiranni liberata esset ciues ecclesiã pregrandẽ atq̃z pulcerrimã ad eius honoꝛẽ extruxerunt.

Ordo fratrũ theutonicoꝛ



Ordo fratrũ theutonicoꝛ in prussia per hec tpa ortũ habuit. Cũ pruteni barbara gens et ydoloꝛ cultrix vsq̃z ad friderici cũ imperatoꝛẽ eius nominis secundũ fuit. Sub eius vero imperio cũ amisissent xp̃iani pto lomaydẽ sirie ciuitatẽ.fratres theutones sancte marie appellati.inde fugati in germaniã rediere. Viri nobiles et rei militaris periti.qui ne p̃ otiũ marcerent.friderico accedentes prussiã germanie conterminiã christi cultũ spernere direerunt. Sepe illius gentis homines in sarones ceteroſq̃z vicinos excurrere.ad orientẽ eñ massonite poloniq̃z rura colunt.occidentẽ saxones occupant.aquilonẽ balthei maris excipit litus. Ingentẽ igit̃ vim pecoꝛ atq̃z hominũ abigere.esse igit̃ in animo sibi cõpescere barbarã gen-

tem. Ammat tantū imperator prōuintiā. quod fratribus perpetuo iure possidendā tradat. si eā armis acquirant. Conradus quoq; dux mosauie et cuyame qui seus terre domini affirmabat. Jus suū in terra colman vocata fratribus cesserat. Grata oblatio ipsi friderico fuit. qui literas sub aurea pulla confirmatas cōcessit. Illi sumptis armis breui tempe omnē ferme prussiā subiecerunt. Frumenti ferax regio est. aquis irrigua. et plena colonis. Multa ambitiosa oppida. multi maris sinuosi reflexus amenā efficiunt. pecorū ingens vis atq; multitudo copiosa multa venatio. piscatio diues. Et illo quoq; tēpore lingua theutonica introducta est. et cultus christi gentibus imperatus. Ecclesie postea pontificales erecte transuistulā pomezanensis. colmensis. warmiensis et sambiensis. Arcem item nobilem pulchram et amplissimā marieburgū vocant. Hic sedes magni magistri est. Et eū tetthones huius religionis inuentores primi fuere. nemo ad eam recipit nisi theutonicus sit et nobilis et parentibus ortus. Ob eam rē vestimentis albis vtunt. nigra cruce insuta. vt aduersus inimicos crucis pugnare velint. Barbam omnes nutriunt. exceptis qui sacris altaribus seruiunt et ministrant. Pro canonicis horis dominicam orationem vsurpant. neq; litteras discunt. magne his opes fuere. nec minor potentia q̄z regibus et principibus est ipsis. Sepe cū polonis contendere.

Damiata.

De damiata et eius expugnatione.

Principes christiani. quos olim tercij pontificis innocentij feruenti diligentia. et lateranensis concilij decreta ad hierasolime liberationē inflammauerant. in magnū coierant exercitū. qui partim terrā. partim mari constantinopolim. Et inde cardinale columna sedis apostolice legato deducente. acconem se contulerant. Fuerūtq; primarij inter eos proceres andreas hungarie rex. venetorū nauigio fretus. quod libenter et sponte dederant. quibus eis concessit. q̄ in omni dalmatia regnum hungarie ad eam diē habuerat. Et dux austrie heinricusq; misnensis comes. Et gualterius regis frantie camerarius. quibus iohannes hierosolime regi coniunctis. in concilio actum est. damiatam egypti vrbē nilo contiguā vt primam omniū caperent adnitendū. Ea cū in potestate facta apparebat chayrū et babilonē contiguas vrbes amplissimas et commode occidere possē. Et intercluſas commeatu facilime expugnari. Quo soldanoq; gentis sarracene principū domicilio in christianoq; potestatē facto futurū confidebant. vt omnis ea barbaries sarracena nō solum hierosolima et terra sancta. sed orbe ipso

terrarū exterminaret. Jtum est itaq; nō magis cupientissimus q; confidentibus procerū militumq; animis. Et mēse mayo anno salutis duo de vigesimi et duodecies centeni. damiate obsidio inchoata. Ea civitas olim eriopolis a pertinace elio conditore eius appellata est. Triplici muroꝝ lateritio densissimoꝝ munimento cingitur. quā nili annis particula. ad romani tyberis magnitudinē ambit. vt insulā sed ob longam arctamq; efficiat. A babilone quoq; nouatur ad damiatā vrbē egypti versus orientē. distans ab ea dietis pene tribus. Jtur quoq; ad alexandriā occidentē versus distans a babilone diebus tribus p terram. et ser p aquam. Porro vsq; ad damiatā septē dietē sunt a monte sinay. Sita est autē damiata vrbs inter mare et flumē nili. decoratur aūt hec civitas in. cc. viij. turribus altis. minoꝝ turriū incertus est numerus. Turris quoq; erat pharea. non quidē crassitudine et celsitudine illi similis. quā ad pharon et nilum stante romano imperio fuisse legimus. sed que suburbiū et mercatoꝝ appotecas ac publica horrea a pyratis nocturnisq; predionibus tutaret. quamobrem sub nostri exercitus accessum addidit soldanus suburbio vtriq; presidia et munitiones vndiq; instaurauit. Eas dū nostri appugnant munitiones turrimq; vndiq; machinis quatiunt. Multi p dies singulos cecidere. cū tamen ea maior in barbarie accasio committeretur. Euicitq; fortissimoꝝ ex omni prouintia alternis pugnantiū nostroꝝ virtus. At post quintū mensem quā gallici in soldanū male pugnauerant pauci milites exploraturi custodes altiū sopitos esse aut p errorē abesse percipiens socios aduocauit. schalas comportant. portam securibus malleisq; refringūt. Acarrentes qui ex sarracenis strepitū exaudiuerant confossi. Christianiq; interim patente ingressi porta vrbe potiti sunt. Anno tandē dimidio atq; integro postq; fuerat obsessa. portis vbiq; munitionibusq; christiano militi ad custodiā attributus. Prima vero omni machonaria vrbis primaria in gloriosē semp virginis et dei genitricis Marie ecclesiam instaurara. ac in episcopiū dedicata est. Habuit insup per id temporis damiata amplissime opulentissimeq; civitatis speciē. repertamq; in ea rerū omniū copiā auri argentiq; et ditissime suppellectilis vim marimā. legatus regesq; et duces exercitus militi christiano equa distributione largiti sunt. Quin etiā de agroꝝ diuisione in tempe facienda actū est.

·CCxxxvi·

Apud damiatā vrbē egypti interea res christiana p singulos dies. magis magisq; floruerat. cardinalis de columna legatus sedis apostolice. et andreas rex hungarie et ceteri proceres in bonā venerant spem. fore vt soldanū sarracenosq; breui conficerent. Tandē placuit eis omnibus et singulis in cayrū babilonemq; ducendū. Ad quas vrbes soldanus omnes prope sarracenoꝝ copias contraxerat. Post q; igitur christiani duces in castris populationibusq; sociati occasio soldani obuenit. nili in sum mas ripas solito citius tunc facti. Qua fretus occasione chataractas vbiq; defodi curauit iumētis sublata in primis pascēdi facultas. Et quod in castris paratū erat destructū est stramen. Tū nec aliquid fuit saluū quo mortales potuerint triduo sustentari. Jn eā adducti rerū difficultatem. alia quoq; angebant maiore. q redditurī damiatā aliam depressis in locis aquas incidere verebant. Jtaq; missis oratoribus pacē christiani his conditionibus impetrauere vt damiatā cū rebus in ea repertis soldano dimissa. p tem q; sancte crucis nostri dei quā ille haberet redderet. Et captiuis vicissim liberatis christiani acconē thyumq; redirent. Quibus vrbibus et earū oppidis par octo annis esset cū thurco sarracenoq; seruanda. Que igitur in gloriosissime dei genitricis semperq; virginis Marie purificatione habitari cepta est damiata. ad eiusdē natiuitatis diem reddita barbaroꝝ spurcitie inquinanda. Js annus salutis erat primus vicesimus duodecies centenus.

Sancta Elizabeth

Elizabeth mulier sancta et filia regis hungarie. vxor lantgrauij thuringie. Circa annos domini mille ducentos et triginta in alemania claruit. Ab adolescentia sua religioni studuit. actōnes suas in deū dirigens. vicioꝝ extirpatrix. exemplum pacientie. speculū innocentie.

Facta nubilis multas persecutiones passa est a consiliariis sponsi ipsius. et a proximis suis contempta. Sed cū dominū suū exorasset spontaliā suoꝝ principatuū intenderet. beate elizabeth ad omnia exercenda que ad opus dei omnipotentis eiusq; matris semp virginis spectant. liberā facultatē concessit. Totis igit viribus pi-

etatis operibus se contulit. In quibus optime vsq; ad mortē perseuerans. delectabilia oīi pro-prio subtrahens pauperibus ministrabat. eosq; balneabat. et lectos eor sternebat. eosq; tegebat. fila trahebat. vasa cōquinaria scutellas ollas patellasq; mundabat. et plura alia paūperibus administrabat. Insup et hospitale paūperū construxit. Que bonis operibus et virtutibus erudita. tot operū bonor manipulos protulit. christo copulari ac associari desiderans. Terreni q; sponsi consortiū declinauit et mundane glorie. Depositis eius vestimentis de manu magistri conradi de marpurck oriundo griseam tunicam p vestitura induit. contempta diuitiarū ipsius iactantia. se mundo prorsus fecit ignobilē. Tandem decimaquarta die kal. decembris ad dominū migrauit. et honorifice sepulta fuit. Inter innumerabilia miracula que deus omnipotens p eam taliter ostendebat sedecim mortuos potenter suscitauit. et cecū natū illuminauit. Quamobrem et ipse gregorius. ix. pontifex ipsam in sanctarū numero asscribi et aggregari voluit. Et eius festum tredecima die kal. decembris celebrari precepit.

Gregorius.

Decretaliū libri q̄nque ad similitudinē quinq; corporis sensus. hac tempestate a gregorio pontifice nono (raymūdo barchynonense adiuuante post innocentiū tertiū) in ordinē redigunt. Et in quinque partes diuidūtur. In quarū prima de summa trinitate et fide catholica. deq; constitutionibus. de rescriptionibus et ceteris officiis tractat. In secunda vero de iudiciis et cooperantibus ad iudicia. In tercia alia parte de vita et honestate clericorum. In quarta q̄ de sponsalibus et matrimoniis. Demū in quinta parte de criminibus et penis tractat eor.

Raymundus.

Raymundus barchynonensis ordinis predicatorum tercius generalis magister. post iordanē secundū magistrū ordinis. Vir morū doctrina ac vite sanctitate conspicuus. p hoc ipsum tempus gregorio pontifici in quinq; decretaliū libris componenti et laboranti auxilio plurimū fuit. et eos in formā redegit. Bononie quoq; ius canonicū docuit. Et summā de casibus perutilē confecit. Inde etiā ordinationes et constitutiones sub regulari obseruantia extantes in ordinē redegit. Et in conuentū barchynonensi infirmatus in domino feliciter quieuit. et deo comendans animam. sepelitur q; honorifice. Et vt ferē magnis miraculis clarnit.

Accursius legū doctor.

Accursius legū doctor excellentissimus. natione florentinus. consultissimus vir inter omnes alios doctores. Superioris azonis etiā doctoris auditor. hac tempestate vt ipse de semetipso in autentica contestatur floruit. Qui cū bonarum septem artiū liberalium studiis ornatus et doctus eēt. ac etiā sapientia reipublice gubernande plurimū insignitus haberet. totum ciuilis iuris corpus primus glosis ornauit et exemplauit. Deinde aliis viris peritis atq; illud ad legendū commendauit.

Bartholomeus Brixianus decretor doctor.

Bartholomeus brixianus clarissimus et doctissimus decretor doctor. istis temporibus clarus existens ac vitam laudabilē exercens. ad decreti glosas eo ordine quo nūc habent compillauit et fecit. Et nonnullas disputatōnes varias atq; difficiles in decretaliū libris composuit. Scripsit preterea epistolarū volumē et q; plurima vtilia opa. Ac chronicā de ytalie prouintiis et vrbibus.

Odofredus doctor vtriusq; iuris.

Odofredus patria beneuentanus. doctor celeberrimus. exceellentissimus. atq; omni erpientia eruditus. azonisq; auditor. eo tempe cū vtriusq; iuris eruditissimus doctor esset. in eisdem egregiū et vtilissimū opus composuit.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

¶ Anno mundi.6443. ¶ Anno cristi.1244.

Linea sum.pont⁹. Innocentius.iiij.

Innocentius quartus papa. synebaldus antea vocatus patria genuensis. familia flisca. e lauonie comitibus. in lucina presbyter cardinalis pontifer creat. Quo nuncio fridericus impator non admodū delectatus est. Norat em̄ hominis virtutē. et animi magnitudinē. Js em̄ mentis sue conscius. ferē ex composito rndisse. bonum se amicū cardinalē in acerrimū hostē romanū̄q̄ pontificē permutasse. Innocentius autē pontificiū habitū indutus romā veniens magno applasu susc̄pit. pactisque de morte in coronandis pontificibus fieri consueuerūt. de pace cū friderico inelinda mentionē facit. Vex cū paratas sibi a friderico insidias cōperisset. Genuēsiū nauigio fretus qđ apud centumcellas in portu cōsederat. Et nauigans genuā incolumis pucnit. vbi periculosissimā incidit valitudinē. ex qua cū conualuisset ad philippū regē in frantiā se contulit. ingressu rhodano amne aduersō francie regnū pontificē innocentiū ter summa veneratione excipi curauit. deducicq̄ lugdunū. Quā in vibē concilīū pontifex cū celebrare constituisset. sue primū consulit honestati. fridericū admoneus vt lugdunū se conferret. Et cū morā grauiter pontifex patresq̄ ferebant. sententiā in fridericū excōicationis depositionisq̄ pnunciauit. Ad eā nunciationē exaudiuit fridericus vt necessarioꝝ pontificis edes parme et villas speciosissimas funditus euerterit. Innocentius tandē nono accessus sui anno gallīis et lugduno vt in ytaliā rediret mouere constituit. quē gallici omnes magno honore magnoq̄ fauore psecuti sunt. qui preter acta in concilio nunc extantia libros doctrina plenos apūd lugdunū et scripsit et edidit. cōmentarios in vetus testamentū. apparatus nouellasq̄ et autenticas decretaliū. et de iurisdictione et auctoritate imperij petro de vineis respondens apologeticas libros fecit. Et sanctū eadimundū cantuariensem in sanctoꝝ numeꝝ retulit. Lugduniq̄ ab eo pōtifice qđ seruat primū est constitutū vt romane ecclesie cardinales in publicū adequitaturi galero rubente insigniant. Et non solū quo a ceteris sint inferioribus et successoribus conspicui. sed vt ipsi admoneant debere. qui illa post pontificalem maiore omniū omnē et decorant laudabili dignitate et honore ad effundendū pro fide catholica et christiani populi salute sanguinem paratos esse. Cū vero perusiam vbem iā peruenisset. petrū veronensem ordinis fratrum predicatoꝝ a praiissimis atq̄ a malis hereticis interemptum in cathalogo sanctoꝝ christi martires retulit atq̄ scribi fecit. Idem etiā fecit de sancto stanislao cracouiensi episcopo. qui in sua vita et post eius obitū maximis claruit miracūlis et prodigiis. Accersitus deinde a proceribus et magnatibus regni sicili neapolim proficiscitur Jbiq̄ morit et sepelit in ecclesia sancti laurentij martiris. pontificatus sui anno vndecimo. mense secundo. die duodecimo. Cuius quoq̄ decretū fuit vt octaua natiuitatis gloriosissime virginis marie in ecclesia catholica quottannis celebraret.

Alexander quartus papa cum morte innocentius ad annū salutis quartū quinquagesimū duodecieſq̄ centenum. in choanrē mense ianuario prereptus est. Alexandrum hunc pontificē eo nomine quartū. et raynaldo cardinale hostiensi. natione campano cardinales qui omnes in expeditionem secuti erant in vrbe nuncupata neapolitana breui creauerunt et confirmauerunt. postposita mora vt rebus ecclesie catholice a manfredi violentia prouiderent. Manfredum statim admonet ne quicq̄ contra dignitatem christiane ecclesie moliatur. Magni certe animi prouidentie et consilij vir beneficus et virtuosus. maxime vero erga pauperes christi. et bene de religione meritus. Vnde libellos quosdam contra paupertatem editos ac cōpositos a quodam nomine guilhelmo de sancto amore perpetua aboleuit. Interea alexander pontifex prenominatus quamplurimū ananie fuit manfredum publica in contōne excommunicauit ac damnauit. et parandis copiis quas octauiano cardinali mitteret propio legato suo operam adhibuit intentissimam. Et ezelinū tyrannū de rumano atq̄ alios quamplurimos tyrannos et psecutores persequi vbiq̄ nō timuit.

Alexander. 4

Sed et inter gemenses et venetos lites discordiasq̃ componere non destitit. Ex visione qua beatū et sanctū augustinū vidit. vnionē fratrū heremitarū a predecessore inchoatam ipse perfecit. Ordinemq̃ ipsum (relicta deinde heremo) vrbes petere et incolere precepit et coegit. vt et ipsi doctrine verbo pariter et exemplo. necnon et confessionis audiende aucti. sicut et ceteri quamplurimi salutis fructum afferri possent. In eodem quippe statu ordinem ipsum confirmauit. Quibus etiā vna cū ordinibus predicatorū et minorum fratrū multa priuilegia exceptiones ac etiā indulgentias contulit. Quos certe mira benuolentia summaq̃ deuotione semper prosequi nō destitit. Et earundē religionū viris doctis et eruditis admodū fauit. Et ad cardinalatus episcopatusq̃ ad ceteros q̃ dignitates multos promerit Tandem postq̃ alexander clarā virginē pontificatus sui tercio ananie in sanctorū collegiū retulit viterbiū ad pacē inter venetos et gemenses tractandū se contulit. Qua in re diuius vexatus eo loci tedio animi tandē mortē. et in ecclesia sancti laurentij honorifice sepelit. Pontificatus sui anno. vij. vacat tū sedes mēsibus tribus. diebus quatuor. Varia et maiore parte aduersa tū omni pontificatus tempe. tū maxime extremo anno fortuna vsus qui omne regnū sicilie contra que ac sciuerat. et vrbē florentiā in manfredi hostis ecclesie potestatē venisse. constantinopolim a catholicis amissam. bellū inter potentissimos vtalie populos venetos gemēnsesq̃ eodē quo obiit anno vidit.

Fridericus Cesar.

tis expeditionē cōtra hūnga-
ros pficisceret anno etatis sue
octauo ⁊ quinquagesimo in
castris non sine suspitione veneni morit⁹ ⁊ cō-
stantinopolim delatus sepelit. Js aūz patre in
regnū Asie successisset. quattuor ⁊ viginti an-
nos habebat etatis. Qui impio suscepto patrē
in oīibus superare ānixus est. Hic illico ob ei⁹
animi magnitudinē cinctis paterni regni vi-
ribus ingentes copias ex asia in Europam per
hellespontū classe traiecit. vbi multas grecoꝝ
vrbes occupauit. Castello quoq; haud longe a
bosphori littore ad euxinum edente condidit.
Et indeficiēte ob grecorum auariciam presidio
constantinopolim vrbez cepit. expoliauit ac de
ea triumpahauit. ⁊ in ea imperator declarat⁹
Confestim peloponesum omnem armis cepit
⁊ rpianuz populum in seruitutē abduxit. Jn-
deq; in achaiaz mouens ipsam et achraiam ⁊
epitum ⁊ maiorem macedonie partē atq; bul-
gariam cum vascia ⁊ seruia. ⁊ quicq̄d ab an-
dri nopoli. sanum q̄z annem ⁊ danubium flu
uiu m interiacet inuasit. valachia etiam eas ob
res timore pterrita. bosniam postmoduz ingres-
sus cuncta vastauit. mithilenem insuper nobi
lem genuensium insulam cepit. Dehinc sinopē
vrbem vetustissimam ⁊ trapezūndā diripuit
earumq; incolas vna cū eaq; imperatore cap-
tiuos abduxit. Euboiam insup venetoꝝ insulā
inuasit quā vna cum caleide eiusdē insule vrbe
expugnauit. in asia itaq; minore duodecim re-
gna obtinuit. videlicet pontū. capadociam. pa
phlagoniaz ciliciam. pamphiliam. liciam. cari
am. lidiam. phrigiam ⁊ omnem ferme hellē-
pontum seu moream. et multa alia occupauit.
hic cum innumerabiles filios genuisset baise-
tū ⁊ zaliabū legittimos post sē dereliq̄t. p q̄b⁹
eo mortuo tumult⁹ vbi pstāti opo litura inua
sit. baisetū tamen ipatorē cōstituerūt

Baasetus primogenitus mahumeti
Anno. 1481. sexto kal. iunij imperator

constituit ⁊ vsq; in p̄sens impauit. Hinc zaliabus frater q̄ magnos mot⁹ in Asia p̄ regn cōcitauit, bursiā cepit. ⁊ se ibi regē constituit quē baisetus bello supauit ac asie patrimū regnum obtinuit ⁊ in libidine ac ebrietate totū se immersit. cū aūt anno. 1492. pānoniā ferro ac populationib⁹ deuastare cepisset multa dāna edesq; ptulit. Zaliab⁹ aūt frater eius natu minorq; postea in regno francie sūb priore hospitalis sci Johānis hierosolimitani custodiebat. in sūmi pontificis innocētij octaui potestatē tradit⁹ vsq; in p̄sens tome sub cūstodia ad recūpandū residuum europe de crudelissima nunc barbarorū seruitute

Pestis pessima in tota fermē ytalia ⁊ germānia. anno. 1483. ⁊. 84. fuit vbi ad plimū deseuit. vt multa milia hominū assumpsit. Eaq; lues nurmberge a solstitio estiuali vsq; ad solsticiū hyemale. iiij. milia hoīm deleuit. Venetijs vo senatores ⁊ Johannē nocentiū ducem extinxit

Fridericus impator ānō. 1487. cōuentū magnū nurmberge p auxilio ferēdo ytra hostes suas ⁊ profide xp̄iana habuit. ⁊ i eo p̄incipes germānie ꝯgregauit. cōmunitates q̄z ciuitatū impialiū cōuocauit. vbi de vnione ac pace principū varie cōuentiones habite. vtq; oīa bella indutias haberēt cōcluserūt Interea gl'iosus imator Frideric⁹ inter cetera gesta laudabilia Cōradū celtis germanū virū eruditissimū in arce nurmbergēsi appollinarī laurea decorauit. bellaq; ea tēpestate inter Sigismundū archiducē austrie ⁊ venetos sedata sunt. Nec minorē dietā p̄incipū rer Maximilianus nurmberge anno salutis. 1491. pegit.

Moles rer maur⁹ genere ⁊ religiōe mahumeten⁹ hac nr̄a tēpestate in Bethica p̄uincia vlteriorus hispāie plaga q̄ granata nuncupat vsq; ad hec tpa regnauit. cuius p̄uincie ager excellentissim⁹ phibet. eo q̄ q̄necūq; ad hūanū victū sunt necessaria affluentissime gignat. Cuius mōtes ⁊ flumina aurum et argentū producere dicunt. Armenta ⁊ pecudes sine numero nutrit. Hūc q̄dem regē ferdinand⁹ lusitanie ⁊ citeriorus hispanie ⁊ tarracomie rex vna cū helisabetha vxore superiorib⁹ annis monino ejcere sarracenos decreuerunt. Bellum igit malacen̄. p̄mo pegit ānō. 87. vbi expugnata malaca vrbe. Tādz post longem obsidionē ciuitatis granate q̄ icepit a mēse maio anni nōagesimi p̄mi sarraceni mauri deducti ad magnaz rerū inopiaz desperantes de auxilio post infinitos cōflict⁹ bellicos. 25. nouembris pacta deditiōis ꝯclusa fuer̄t. postromo septio die iāuarij ānō salutis. 1492. rex ⁊ regia ac proceres et potentatus cum exercitu decem milium equitum ⁊. l. milia peditum electorum ciuitatē itrarunt ⁊ eius possessionem libere acceptarunt. ac mesquitam maiorem in ecclesiam didicari mandauerunt.



TEmpestas ingens ꝑ̄us inaudita. anno salutis. 1490. die. 12. mēsis iulij. i regia vrbe ꝓstātinopolitana admodum desevit. Supior em̄ trium sydez ignes. q̄ decidui ad terras fulminū nomē hñt. cum ꝓtagiū nimiū hūoris ex supiore circulo atqz ardoris e subiecto per hunc modum egerant. Turbato itaqz aere cū collect⁹ humor habundantiaz sti mulabat. seu graui sideris ptu. Et cū in nube lu ctabatur flatus aut vapor. primo ingentia to nitrua audita. Exinde flumina ardētia visa. ⁊ longiori tractu fulgetra. Et quāq̄z a saturni si dere ꝑficiā ista ꝓsectati sunt. sicut crementia a martis. Qualiter cū vulsinis oppidū thuscoꝝ opulētissimū totū crematū est fulmine. In ea vrbe p̄clarissima hec gesta. rp̄iani id diuie pui dentie attribuūt. Vbi antiqua colūna ymaginem cōstantini impatoris habebat. fulgur et horrid⁹ impetus ne dū ptem eius deiecit. Verū vt veridici narrarūt negociatores veneti. ⁊ alij octingentos domos ignis rex edax consumpsit. Et hoīm tria milia. vt nec lignū nec forma edificioꝝ remansit. Ea forma vt circulus devastationis supra ostendit. ideo hanc figuram in laudabilem rei memoriam adiunximus.

QVm varia rerū miracula. effluxis tēporib⁹. vt ostendim⁹ euenerūt. visa em̄ horrēda ostēta corona trabes telluris hyat⁹ sanguineus polus. ardentes clipei et alia. lac pluēre celo visuz ⁊ lanā. carnem ⁊ cruorem descendentem. visi concurrentes montes. ⁊ luna sōlqz tripler. cruce signatus lapis excidit temporibus Friderici secundi imperatoris (vti premissum est) nonissime Anno millesimo quadricentesimo nonagesimo secundo. septimo ydus nouembris. i meridie sub friderico tertio impatore. ad agros ei⁹ proprios cum crepuit per aera fulmen. ingens lapis concidit. cui forma delte. acies qz triangula fuit. missus ab obliquo. hunc senserat Enshei m. Suntgaudia quoqz sensit. Cum illic in agros desiluit depopulatus humum in partes distract⁹. pond⁹ tamen graue adhuc habet

ET ad oīatōz obseruāc. tāq̄z futur⁹ omē. Ella p hec tempora inter regem Maximilianū. ⁊ regem Francie. ob ducissam brittannie. per multas clades gesta fuerunt. Et adhuc sub dubio marte vigent.

¶ Anno mundi. 6691 ¶ Anno rp̄i. 1492

Linea summorum pontificum Alexander sextus

ALexander sext⁹ papa. natione hispanus. ex Valentia ciuitate rhodoricus borria antea vocatus. episcopus portuensis. Vacante sede post obitum Innocentij octaui omniuz suffragijs hoc anno pontifex creatus. Et ad sanctū Johannem lateranensem vigesimo sexto die Augusti corona papali decoratus. Vir magni animi. magneqz prudentie. Is in adolescen tia bonome studijs litterarum operam dedit. gymnasiumqz illud scolasticam nō paucis annis celebrauerit. Qui adeo virtutum gloria. ⁊ disciplinaꝝ laude. ⁊ adeo singulatiū ac omnium rerum ornamento dotatus. vt calixtus tertius pontifex summus sedatis suo tempore ytalie rebus. cum nouem cardinales creasset. Et eneam senensem in cardinalem assumpsisset. Duos quoqz ex sororibus ei⁹ nepotes. cardinales creauit. L. Johannem cognomento milanū ex sorore nepotem. ⁊ Rhodoricam hunc Borriam. cuius virtutis ⁊ glorie liquidissimū documentum extitit. q̄ adhuc adolescens inter reuerendissimos ⁊ excellentissimos cardinales constitutus. Vel etiam q̄ non multo post vicecancellarij locum sortitus. Horum omnium scientia preditus ⁊ experientia referiissimus. vere designandus ⁊ euocandus fuit. Qui fluctuantem sancti Petri naviculam gubernaret. Et si herilis ⁊ regia ipsius faciei dignitas preseferre videatur. Tamen in primis accedit nobilissima eius natio Hyspaniensis. Inter ceteras vniuerse terre prouincias aeris salubritate temperata. omniumqz rerum copia ⁊ bonitate precipua. viros progenerans. qui et corporis agilitate. ⁊ ingenij acrimonia. ⁊ omnium virtutum gloria summi dariss imiqz sp ertitere. Dehinc erimia eius Valentia ciuitas. q̄ et sini antiquitate ⁊ situs pulchritudine ⁊ virorum copia. ⁊ omnium mercimoniorum genere longe reliquas Hiberie ciuitates antecellit. Nec non ⁊ illustris borriarum familia. que eum peperit. Qui vere nationem patriamqz ⁊ familiam illustrauit. Et recolende ac beatissime memorie anniculi eius Calixti semper emulator.

litteralis disciplinę. scientiarumq; peritia. ⁊ optima viuendi ratio. adest enim humanitatis illa inclita cum auctoritatis ratione seruata. optimum ⁊ salubre consilium. adest etiam ⁊ pietatis cultus. ⁊ omnium rerum cognitio. que tã inclite dignitati expedire aut vsui esse possint. Felix igitur tot virtutibus ornatus. In tam altissimi magistratus culmine collocatus. a dõ optimo bene meritus. Speramus igitur eum vniuersõ generi christiano profuturum. Et per rabidos itinerum amfractus. perq; sublimes ⁊ periculosos scopulos trasmigraturum. semitaq; tandem affectatam feliciter occupaturus. Postremo ne longioni sue laudis commemorationi aliquos defatigari contingat. Ceteri vero sequentes eius acta laude digna persoluant. Hic pontificatu susceptο maiestatem cum auctoritate augere conat⁹ est. Et si in principio sui põtificatus aduersitates multas sentiat. Magna tamen animo cõcepit. benignissimus deus suã gratiã donet. vt singula ad vtilitatem ac cõmodum reipublice christiane cum summa diligentia prosequatur.

Gens hominum calamitosum indei ⁊ si superiores temporibus in plerisq; locis germanie ac etiam in alijs pꝛincijs. diuinissimum sacramentum. cũ varijs temptationibus. molestijs ac erꝛoribus indignissime tractarunt. precipue in Vratislania patauia ⁊ Ratispona ⁊ ceteꝛa. nec impune hoc flagitium inultum fuit. Nonissime vero anno salutis nostrę. Millesimo quadringentesimo nonagesimo secũdo. die vicesimo secundo mensis octobris. in oppido Sternebarch sub dominio principum Magnopolensium auxilio petri sacerdotis. Eleazar iudeus ⁊ complices. Sacramentum corporis domini nostri Jesu christi. per hostiam maiorem ⁊ minorem obtinentes. has perforarunt. ⁊ cruoꝛ illico prosiliit quo lintheum precinctum ruborem accepit. Quo miraculo territi iudei ad predictum Petrum p̃ sbyterum deferũt. Principes autem illustres Balthasar ⁊ cum hoc magnus fratres re ipsa comperta cum vestigia vulnerum (que remanserant) cernerent. Judeos cum maiestatem domini nostri Jhesu christi contempserint. ac etiam religionem omnem illuserint concremari fecerunt. Recedat ergo omne infidelitatis ambigũm. Nec etiaz dubitat quisq; primarias creaturas. nutu diuine potentie. presentia summe maiestatis in dominici corporis transire posse naturas. Quid enim ei possit esse difficile. Cui facile finit hominez (vt premissum est) de limi natura figurare. Imaginem etiam sue sanctissime diuinitatis indũere. Cui promptuz est euz rursum reuocare de inferis. restituere de perditione. reparare de puluere. de terra in celum leuare. ⁊ figmentum suum in regni sui consortio sublimare. Vt qui corpus nostre fragilitatẽ assumpserat. nos etiam in corpus sue immortalitatis assumat. Ad quam etiam gloriosam resurrectionem pijs nos operibus preparare dignetur. Qui viuit ⁊ regnat cum deo patri in secula seculorum. Amen

Linea imperatorum Maximilianus

Maximilianus austrie ac Burgundie dux. filius imperatoris Friderici tertij. viuente adhuc patre suo Anno salutis Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. in Franckfordia cõmũi voto electorum Rex declaratur. Nunc vsq; vna cũ patre imperauit annis septẽ Vir summa virute decoratus. Corpori agili. rei militaris scientia insignitus. virtute q̃ nemini cedens. immo humanitate ⁊ liberalitate. cũctos reges antecedẽs. Rex

certe dignissimus ⁊ bello fortunatus. atq; in oi bus fortissimus nec vlla viciorum labe notat⁹ magnanimus atq; in armis strenuus. Is tē pore iuuentutis in Burgundiam accessit. Et mariam filiam ducis Caroli illustrissimam fe minam. in coniugem desponsauit. Et ob hanc rem burgundie ducatum sibi vendicauit. Et p aliqua tempora in subiectis prouintijs cū gau dio ac iusticia regnauit. Quamuis Ludouicus francorum rex. aliqua que socer possidebat ade mit. Gaudebat itaq; hec regio felicior omni. q tanto duce celebrata fuit Qui enim iustus opti ma iura dabat. Sequana quondam hedua di cta prestans burgundium nomen nacta. terra armis potens. habens agri leta mūnera. ⁊ no bilitatem virorum antiquam. ob ducez nouel lum. pariterq; comitem gaudebat. Brabantia quoq; optima Limburga. Lucenburga. gel dria. Et flandria diues opum ac populis potē tibus. Comitem hunc leta videre suum gaude bat. artosium item potens armis ac namurcū nobilis Hannonia. Holandria atq; Zelandia eum summe colebant. Mechliniaq; humana. ⁊ salina atq; Frisia. de suo nouo dominio exul tabant. Cum ducem potentem aduentasse sen tiebant. Certabant alij alios superare colendo dicentes. Venisti tandem gratissimus. Quo au tem tempore Maria eius vxor vixit cum omni pace ⁊ leticia regnum possedit. Et qua cum ge nuisset filium philippum. ⁊ Margaretham fi liam. Ipsa paulopost casu equi currentis de lapsa. fractis ceruicibus expiranit. Anno vero sexto ⁊ octuagesimo supra quadringentesimū millesimum die vicesima mensis ianuarij. cū genitore Friderico imperatore Franckfordiam vrbem ingressus. Exinde die sedecima februa rij peracto officio diuino. in basilica diui Bar tholomei. Electores Romani imperij obserua to ordine bulle auree. felici consensu eum in re gem eligentes. Postea eodem anno die decimo mensis aprilis in ciuitate aquensi cum ingenti solennitate corona Caroli magni ex archiuis Nurembergensium per eos coronat⁹ fuit. Elu cebat enim in eo inaudita principandi scientia in deliberando grauitas. in conficiendo celeri tas. regnorum iusticie feruor ⁊ zelus modestia Item singularis benignitas maxima ac clemē tia. cum vite ac morum obseruantia. Quibus regijs virtutibus ornatus. Regia soboles. nul la ex parte priscorum suorum laudibus inferi or exaſit. Verum post vxoris (vt premissum ē) casu equi currentis defuncte. multa ne dum a proceribus certamina sustinuit. cum nollent eū super eos regnare. sed ⁊ a Brugensibus hone sto carcere detentus. A quo cum liber euasisset infinita mala apud flādrenses secuta sunt. nec dum finis. Victoriosissimus autem rex Mari milianus qui christianissimus inter princeps christianos censetur. mente reuoluens quomo do christiani ab infidelibus circumdati sint. Et ad angulum coartati. potentissimi quon dam domini ⁊ vibis possessores. Et quantum imperium amiserint. quot nobiles vrbes. quot ditissimas prouincias perdiderint Inter quas etiam iudeam terrā nobilem. terram sanctam. terram in qua prime nostre fidei flores apparu ere. Tacemus alexandriam. thebas. mēphim. ac oēm egyptum. ⁊ antiochiam. in qua primū christianum nomen auditum est. fons igitur ⁊ origo nostre salutis ad hostes defecit. hierosoli ma noui ⁊ veteris testamenti mater. ⁊ constan tinopolis columen grecie. Id inclitus rex anim aduertens pro singulis recuperandis. nullum la borem euitari debere arbitratur. iudei enim cuz federis archam amisissent. pro recuperatione nullum belli periculū vitauere. greci ob raptaz helenam. decēnale bellum gessere. Carthaginē ses propter fines paululum ampliandos cruen tissima prelia cum cyrenensibus commisere. Ro mani sepe sociorum causa sumptis armis i pug nam exiere Bellum aduersus infideles possesso res necessarium fore decernens sibi persuasuz ar bitratur. hinc tante religonis ignominie. ac pro bro quam primum consulere. Et si precedentes negligentes fuerint. honorem q suū paruifece rint. suum negligere ⁊ turpitudini notare non patietur. Ac glorioſim nomen detersa superio rum infamia augere peroptat. Quam obrez bel la germanie totis viribus sopire conabatur. cō uentionem principum Nurenberge per maxi mam. anno salutis pmo ⁊ nonagesimo supra quadringentesimum milesimuz peregit. p dies plures. vt pacem ne dum germanie. sed toti or bi ordinaret. prelatos principes ⁊ cōitates ad monuit vt huic salubri expeditioni contra infi deles adiumento esse possent. Adempta a do mo austrie per regem hungarie genitori resti tuit. pacem hungarie dedit. Dumq; per biennī um pax vniuersalis fuisset. Restabant adhuc reliqui exercitus Mathie quas nigram legio nem vocabant. qui tedio longepacis affecti pti to agmine in diuersas vtriusq; pannonie par-

tes euperant. duo milia ad cōfinia morauie ⁊ Austrie infesta acie cōsederant fortalicia qō ipsi gentiliter tabernam vocant se munientes. Ex quo excursionibus suis omnia loca cedibus ⁊ latrocinijs turbabant. Qui tandem Friderici cesaris iussu obsidione cunctis expugnatoq; fortalicio multis ex his cesis. alijsq; captis. qui septingenti superant. hij oppidis ⁊ baronibus. quorum fines inuaserāt traditi sunt. vt digna illis supplicia itrogarent. Itaq; trecentos ferme Viennenses laqueo necarunt. ceteros eycingerus sustulit. partim excoriatos partim adrogū assatos. partimq; coctalicijs furnis immissos. vita illis ademit. Sed nisi infausta copulatio regis francie cū ducissa Brittannie maximiliano in vxorez tradita interuēnisset. Huic sancto proposito expeditionem dedisset. Faxitq; deus glorioſus huic aduersitati finem. vt ecclesiam. vt religionem. vt fidem christianam. a barbarorum ⁊ infidelium incursibus deffendere possit. Videmus enim vniuersam fere asyaz aphenitibus ⁊ medis ad Hellispontum vsq; turcorum tyrannidi parere. Totamq; traciam occupare. ⁊ vniuersam greciam. Etholos. Epiratas. yllirios ad intimam vsq; dalmaciaz omnia premere deterrima seruitute. Insule pene omnes a sinu aduatico ad mareponticum iacentes vastate ⁊ desolate sunt. Et in proximos germanos ⁊ Hungaros sepe numero impetuz faciunt. Sperabimus autem regi Maximiliano nutu diuino. victoriam haud dubie successuram. dum cetere nationes hunc regez atq; ducem optimum sequentur. Cum diuitem ytaliaz nobilem Galliam. fortem hyspaniam. bellicosam ac popu͂losam germaniam adiumento esse sentiet. hijs arma. hijs equi hijs pecūia abunde suppetunt. hijs vires longo maiores. quā infidelibus assūnt. In deo quoq; sperandum erit. qui causē sue nequaq; deerit. Et pugnaturis diuinū auxilium implorantibus minime de futurum credimus. vinci ⁊ possunt. ac etiam sepe victi fuerunt per superiores principes vti premissum est. Minor est infidelium potentia q; feratur. Nec dubium cum ad orientales prouincias eius ingressus patebit. tanto maiorem ad eum concursum inueniet dedentium se populorum. quanta validior eius fuerit exercit⁹. Cum dominum glorioſum. principes occidentales secuti fuerint. Id omni christiane reipublice felix ⁊ fortunatum erit. Cum ipse maximū ⁊ florentissimum imperiū ☲ adipiscetur. tum omnes qui sequentur amplissimas opes consequentur ex hoc bello. proposita non facili solum. sed sperata certaq; victoria. quo ad mundanam ⁊ celestem gloriam. plurimorum quoq; ⁊ amplissimorum regnorum. ⁊ ingentes opes ⁊ clarissima imperia peruentura. Demum auriliante domino Jhesu cum insigni victoria ⁊ glorioſo triumpho reuertentur. Cum autem rediderit inuictissimus rex Maximilian⁹. subactis turcis liberata Tracia ⁊ grecia. ac alia spolia nephanda. Et terram sanctam christianis restituet. Germanie principes qui multi defuncti sunt hac luce. Immortales sibi apud immortalem deum gratias peragent. O qualem ei currum apparebit ytalia ⁊ Germania. Quales gr̄ias aget ecclesia. que festa omnis christiana societas agitabit. Septentrionis ⁊ occidentis reges redemptem magnū imperatorem christiane reipublice seruatorem salutabunt. Cardinales cunctiq; presules ecclesiarum. ⁊ magistratꝰ vrbis. longo extra menia intervallo sacra frētes obuiam ibunt. niuei stabunt. Adfrena quirites. sternetur purpura. ⁊ ostro quecūq; ab eo terra calcanda fuerit. matrone nobiles. virgineſq; rosas ⁊ lilia e tectis in eum spargent. Et variorum serta florum sacro capiti annectent Ipse curru sublimis aureos in plebem nummos iaciet. quocunq; in foro. quocūq; in trivio substiterit. novos ludorum facies offendet. Acclamabitq; omnis populus victori vitam et gloriam. atq; ita triumphans non in capitolium falsiq; Jouis edem. sed in apostolor⁹ principis beati Petri basilicam deducet. Ibiq; maximum sacerdotem Alexandrum sextum veū christi vicarium. Et regni eterni claues tenentē inueniens largam ab eo benedictionem accipiet. Et amplexus atq; deosculatus sanctissimum patrem. secum in penitiorez palatij partem secedet vbi ⁊ de recenti victoria. Et de reb⁹ germāicis ⁊ etiam ytalicis longos inter sese sermones habebunt. Tunc Conradi celtis poete laureati musa. quasi ab inferis resurget. et poemata componet. M. Antonius Sabellicus hystorias scribet mortalemq; regem immortalitati donabunt. Nos quoq; si quid strepere inter oleres poterimus. aliquid seorsum inueniemus. quod de tanto rege ad pastores referem⁹ Hec habuimus. que per ocium Nurembergē se adiscerem⁹. Vos valete ⁊ boñ. consulite ex Nurberga decimo kalendas Junias. Anno ab incarnatione salutis christi Millesimo quadri

gentesimo nonagesimotertio.

CArtas reliquas sine scriptura relinquere conuenit iudicio posteriorum qui emendare addere atq; gesta principum ⁊ priuatorum succedentium perscribere possint. Non enim omnia possumus omnes. Et quandoq; bonus dormitat homerus. Intera enim aurum queritur. Et de fluuiorum alueis splendens profertur gloria. pactolusq; ditior est cenoq; fluento. Varij quoq; mirabilesq; motus in orbe indies exoriuntur. Qui nouos requirunt libros quibus ordine referant. Pauca tamen de vltima etate vt perfectum opus relinquatur in fine operis adijciemus.

QUod erat officium susceptj libri auspice christo. quãuis rudibus pene verbis compleuimus ꝓ ut ingenij mediocritas tulit. Decursus ei propositi operis sexetatibus. ad metam nostri temporis profecti sumus. Estq; annus quinquagesimus tertius imperij gloriosissimi imperatoris Friderici tertij. Ac filij eius inclitj regis maximiliani septimus ⁊ Moderniq; summi pontificis Alexandri sexti. annus sui pontificatus primꝰ. Diuino nanq; munere per tot regum ac imperatorum gesta. summorumq; pontificum ⁊ aliorum labores pericula ⁊ summa exicia. Cymba exigua estuosum mare sulcantes eo ventum est. quo ab initio proram direximus. Si autem partem aliqua ꝙ plus maris. ꝙ minus ꝙ oportuerit erorbitatum est. a veritatis tramite sapienti emendationi relinquimꝰ. Si vero quicq; labore isto in preteritorum gestorum cognitionem ac figurarum oblectationem deduxerimus deo gratiarum largitori laudes exhiberi cupimus. Restant tandẽ perpetua de septima ⁊ vltima etate ac fine seculi mundanum rerum in huius operis calce differendũ. ne priora omnia sine laudabili fine irrita ⁊ infructuosa esse videantur. nisi diuinum premium beatitudinis perpetue subsequatur.

QUam in primordio operis de principio mũdi explicaturi mus et diuine litere ad scientiam veritati nos erudiunt. mundum deniq; finem habiturum. De quo nũc in fine operis differemꝰ Plato enim qui de mundi fabricatione disserũt id explicare non poluit. qui celeste misteriuꝫ qõ non nisi a prophetis ac deo discitur ignorabat ideo imperpetuum dixit esse fabricatum quod longe secus est. quoniam quicquid est solido ⁊ graui corporea vt initium cepit aliquando. ita et finem capiat necesse est. Nam aristotiles cuꝫ non videret quemadmodum posset tanta rerum magnitudo interire ⁊ hanc ꝑscriptõq; vellet effugere. semp ait fuisse mundũ ac semper futurum. Cũ tamen terraꝫ ⁊ aquã ⁊ ignem disperire. cõsumi extinguiq; videamꝰ. que sunt vtiq; mũdi partes. Intelligit totũ esse mortale. cuiꝰ mẽbra sunt mortalia. ita fit vt natũ sit. quicquid potest interire. Sed ⁊ oĩe qõ sub viso oculoꝫ venit ⁊ corporale (vt ait plato) ⁊ solubile sit necesse est. Epicurꝰ igit (auctore democrito) veridicꝰ in hac re fuit. q̃ ait ⁊ ortũ aliqñ ⁊ aliqñ esse periturũ. Propinquãte tandem huiꝰ termino seculi humanaꝫ rerũ statũ cõmutari necesse ẽ ⁊ in deteriꝰ neq̃cia insalescente plabi. vt iaꝫ nostra hec tempa q̃bꝰ iniq̃tas ⁊ malicia vsq; ad summũ gradũ creuit. In illius tamẽ insanabilis mali comperatiõe felicia ⁊ ꝓpe aũrea possint iudicari. ita eĩ iusticia rarescet. ita impietas ⁊ auaricia ⁊ cupiditas ⁊ libido crebiscet. vt qui tũ forte fuerunt boni prede sint sceleratis ac diuerent vndiq; ab iniustis. Soli aũt mali opulenti sint. boni vero in oĩbꝰ contumelijs atq; in egestate iacent. Cõfundet oc̃ius ⁊ leges interibũt. Nihil tũc q̃sq; habebit. nisi aut q̃situ manu. audatia ⁊ vi oĩa possidebũt. non fides in hoĩbꝰ. nõ paxꝫ nõ hũanitas. nõ pudor nõ veritas erit. atq; ita neq; securitas. neq; regimẽ neq; reges a malo vlla. oĩs eĩ terra tumultuabit fremẽt vndiq; bella. oĩs gentes in armis erũt ⁊ seinuicẽ opugnabũt. Ciuitates finitie inter se pliabunt. tũc pagbit gladiꝰ orbẽ metes eĩa ⁊ tanq; messes cũcta ꝓsternẽs. Postrẽo vo tã detestabile atq; abhoiandũ tps existet q̃ nulli hoĩm sit vita iocũda. Euertet fudit ciuitates atq; interibũt. nõ mõ ferro acq; igni. vey etiã tremotibꝰ assiduis ⁊ allunie aq̃ ⁊ morb frequentibꝰ ⁊ fame crebra. Aer eĩ viciabit ⁊ corruptꝰ ⁊ pestilens fiet ⁊ modo importunis imbribus. nõ inutili.

siccitati nunc frigoribꝰ nunc estibꝰ nimijs. nec herba hominiꝫ dabit fructū. nec seges quicqꝫ. nō arbor. non vitis feret. cum in flore spem maximam dederint. in frūge decipient. fontes quoqꝫ cum flaminibus arescent vt nepotus q̄dem sup petat. ⁊ aque in sanguinem aut amaritudinem mutabunt. Propter hec deficient ⁊ in terra quadrupedes ⁊ in aere volucres ⁊ in mari pisces. Prodigia quoqꝫ in celo mirabilia mentes hominum mhrimo terrore confundēt. Qui igitur celsa tenēt dominia atqꝫ imperia eos aperire oculos ⁊ aures reserare. hec sequentia ⁊ preterita tempora persuadent ne eos letifer somnus obrepat. Vigilantes aspiciant quibꝰ quātisqꝫ fortūe tragulis pectꝰ gerant. cū eius viribꝰ humana non obstare consilia q̄eant. ⁊ er preteritis gestis q̄ in lubrico positi sint animaduertant ⁊ auaricie. luxui. furori. iactantie ambitioniqꝫ parcentes. letis ponere modū discant. memorantes dū ampliatas leticia mentes. aut aliquo irriratas cuentu aliquod enorme subintrat. Ea lege eos aggerem conscendisse qua ceteros eminētos. si liberanit in puncto penasqꝫ offensis daturos. Vos igit̄ q̄ appropinquare diem illū cernitis q̄ sit ex hac vita migrandū. Deum summum veneratione colite ⁊ integro affectu diligite. Sequimini sapientiam ⁊ virtutes apprehendite. honorate dignos. amicos summa cū fide seruate. prudentū consilia sumite ⁊ benignos vos moribꝰ exhibete. humanitate ⁊ iusticia vt innocentes ad iudicium ventre possitis.

MVndum deus (vt premissum est in principio operis) ⁊ hoc rerum nature mirabile opꝰ. sicut ⁊ in archanis sacre scripture continet. sex dieꝫ spacio consummauit. Deniqꝫ septimū quo ab operibus reqeuit sanxit. Hic est autem dies sabathi. qui in lingua hebrea a numero nomen accepit. Vnde septenarius numerus legitimus ac plenus est. nā ⁊ dies septem sunt ⁊ septem stelle que non occidunt. ⁊ septem sidera. que vocantur errantia. quoꝝ dispares cursus ⁊ inequales motꝰ rex ac temporꝫ varietates efficere creduntt De scriptis itaqꝫ seruetatibꝰ. Cū septima etas quiescentium indicat. Ab ascensione dñi aperta ianua q̄etis initiū habuisse ferunt. vsqꝫ in presens cum serta decurrit ⁊ vsqꝫ i finē mūdi cū illa ꝓtedet. Cū nunc de vltimo fine mundi pagat. de septima mentio fiet. que nec finem habebit. Cum requies animaꝝ interminabilis sit. Sed ab octaua resurgentiū etate suscipiet. Ideo liber Geneseos septimū diem vesperam non habere edocet. De aduentu igit̄ antichristi. ⁊ morte fine rerum ac de extremo iudicio. in vltima etate mūdi disserere placuit. Quommodo autem consummatio futura sit. ⁊ qualis erit humanis rebꝰ impendeat. si q̄s diuinas litteras fuerit scrutatus inueniet. sed ⁊ seculariū prophetarum congruentes cū celestibus voces. finem rerū ⁊ occasum enūciant describentes. quasi fatigati. ⁊ de labētis mūdi vltimam senectutem.

De antichristo

IMminentiaꝫ temporꝫ conclusione duo sane certissima. nec dum instante iudicij indicia habemus fidem israhelitice gentis. Et regnū psecutōemqꝫ ātichristi. quā psecutionē trium semis annoꝝ futurā fides ecclesie tenet. Sed ne hec improuisa veniens oīes passim q̄s impatos inuenerit inuoluat. Enoch ⁊ Helyam ꝓphetas ⁊ doctores ante hui⁹ erorū venturos immūdū aiūt. Qui israheliticam plebem ad fidei conuertant gratiaꝫ atqꝫ ad pīs suram tanti turbinis ptem electoꝝ insupabilē reddāt. Qui cū ipsi primo tres semis annoꝝ p̄dicauerint. Et sicut de vno eoꝝ. Helya prophetā Malachias predixit. conuerterint corda patrum in filios. id est antiquorum fidem. dilectionemqꝫ sanctorum morum. Qui tunc victu-

roda patꝝ ꝫ filios ꝯtem

ri sunt mente plantauerint. Tunc exandescēs illa horrenda psecutio. ipsos in primis martyrij virtute coronet. Deinde ceteros fideles corripiens vel martyres christi gloriosissimos. vel dāmatos apostatas faciet. Antichristus autez ex Syria. vel vt alij habēt ex Babilone de tribu Dan. Malo spiritu natus. Euersor ac prodito: generis humani. Qui reliquias illi⁹ prioris mali cum ipso simul deleat. Ille etenim tetterrimus erit. & omnium mendaciorum propheta. & seipsum constituet & vocabit. deum se coli videbit. vt tanquaz dei filium. Et dabitur etiam ei potestas. vt faciat signa atq; prodigia. Quibus visis irrhecīat homines. vt adorent eū per magicas artes a pessimis etiam imbutus magistris. adiungens sed yabolus. totam sue virtutis potentiam. per quam magicaz artem ceteris omnibus maiora patraret. indiuidnus comes attulit. Jubebat ignez descendere de celo. & solem a suis cursibus stare & imaginem loqui. Et fient hec sub verbo eius. Quibus miraculis etiam sapientium valde plurimi allicientur ab eo. Tuncq; dei templum conabitur. & iustum populum persequetur. Et erit pssura. & contritio qualis nunq; fuit a principio mundi. Quicunq; crediderint atq; acceſſerint. ei. signabuntur ab eo tanquam peccudes. Qui autez recusauerint notaz eius. aut in montes fugient. aut comprehensi exquisitis cruciatib⁹ necabuntur. Idem iustos homines obuoluet libris prophetarum. atq; ita cremabit. Et dabitur ei desolare orbem terre mensibus quadraginta duobus. Jd erit temp⁹ quo iustitia proijcietur & innocentia odio erit. Quo mali bonos hostiliter preliabuntur. Non lex aut ordo aut milicie disciplina seruabitur. Non canos quisq; uerebitur. non officium pietatis agnoscet. Non sexus aut infantie miserebitur. Confundentur omnia. & miscebuntur contra phas. cōtra iura nature. Ita quasi vno communiq; latrocinio terra vniuersa vastabitur. Cum enim hec ita erunt tunc iusti & sectatores veritatis segregabūt se a malis. & fugient in solitudines. Cumq; venerit hierosolimaz antichristus se circumcidet. Judeis se christum fore ostendens. qui adherentes templum instaurabunt. deceptis munera copiosa donabit. Quo⁹dam vero auricia subiugabit. Mittet quoq; per orbem vniuersum legatos suos Helyaz et Enoch qui per hec tempora etiam in paradiso vixerunt eo tempore (vt premissum est) mortis debitum exoluent. Demum iuxta visionem danielis antichristus ad verticem montis oliueti diuertit. Jbi peribit. vnde saluato: ad celos adscendit. Percusso autez illo perditionis filio siue ab ipso domino. siue a michaele archangelo (vt quidam docent) & eterne vltione dāmato. Nō continuo dies iudicij sequutus esse credend⁹ est. Alioquin scire possent homines illius ēt iudicij tempus. si post tres semis annos inchoate persecutionis antichristi confestim sequeretur. Post quantum vero tempus consummate denastationis venturus sit. nemini prorsus scire conceditur. Cuius quidem aduentus horam meritosanctiomnes diligūt. & citius adesse desiderant. Sed periculose satis agunt. si qui hanc prope. an longe sit putare. vel predicare presumūt. Cum diuina sentencia dicat. de die vltima vel hora nemo scit neq; angeli celoruz. nisi pater solus. Et vt diuus Hieronimus refert. Beatus q̄ interfecto antichristo supra Mille ducentos nonaginta dies. id est tres semis annos dies quadraginta quinq; prestolatur. quib⁹ est dominus atq; saluato: in sua maiestate ventur⁹. Quare autem post interfectionem antichristi quadraginta quinq; dierum silentium sit. diuine scientie est. nisi forte dicamus dilatio regni sanctorum patientie probatio est.

De morte ac fine rerum

VArens hoim omniū Adam. ita plasmatus fuerat. vt manente illo decederent tempora. nec vite terminū (quem a morte morsu diabolice temptationis appellamus) aliq̄ tempore sciret. Trāgressione autē dominici pr̄cepti. in eo factū est. vt legez illico sentirit in carne repugnātem. legi mentis sue. in sudore vultus sui vita illi agēda fuerit. Ex delitijs in erūmnas exulare iussus fuerit. Timor. tremor. sup eū venerint. peccato obsorduerit. offenso creatore. offendi posse cepit. posthabito obedientie merito bruto impetū expectauerit. expleto desiderio carnis corrūptōes senseri. Innocentia explosa nocere. nec min⁹ noceri posse suo piculo didicerit. cum tempe declinauerit. Immortalitatis statu amisso corruerit. p incrementa vinendi ad mortē festinauerit. Nos quoq̄ q̄ ab eo originem trahim⁹. ad curas sollicitudines. temptatōes. tū corpis tum aī insupabiles. Ad vltimū deniq̄ terribiliū mortē alligamur. Mature ab eo hanc conditionē sortiti A quo p pagatōez generis incepim⁹. Quid cū eos apello. Quos admodū p̄sens vita oblectat. in hac valle miseriaz. nec aliud inuenimus q̄z nature imbecillitatē. fortune ludibriū. voluptatis mutatōez. voluptatū inquinamēta. temptationū bellū assiduū. Cum ingredimur in mūdū ab infantia incipim⁹. Que etas q̄q̄d videt ignorat. Inde in pueritiā in qua nihil solidū sapere possumus. puehimur. ex pueritia in adolescentiaz In qua cū etate. t sanguine voluptatum incētiua coalescūt pgredimur. Ex adolescentia inuentā ascendim⁹. In qua sicut maiora p etatē audem⁹. ita maioribus curis implicamur. Et iuuenta in virilitate confirmamur. in q̄ grauiora plia nos discerpūt. ambitu. auaricia. liuore libidinib⁹. t varijs demū anxietatib⁹ consumimur. Ex illa in senectam descendimus. sed q̄z cōtinuis. t quatis nostra senect⁹ plena malis. Ex senecta in decrepitam decidim⁹. in qua continuus horor instantis mortis nos pulsat. t iritat. Aspiciamus te nudum informē inter vagitus. t lacrimas nascentem. Exiguo lacte solandum tremulū atq̄ reptantem' opis indigū. Mors aliena q̄z muta pascunt. t vesciunt caduci corpis animi inquieti morbis obsessum varijs subiectū passionib⁹ innumeris. consilij inopem. alterna leticia. t tristicia fluctuantem. impotentem appetitus arbitrij cohibere nescium q̄z quantumue sibi expediat. Quis cibi potuiq̄ modus ignorantem. Cui alimenta corporis ceteris animalibus in aperto posita. multo labore conq̄renda sunt. quem somnus inflat. cibus distendit. potus p̄cipitat. vigilie extenuāt. fames contrahit. sitis arefacit. auidū timidū q̄z fastinitatem. possessa deplorantem. t presentibus simul. t p̄teritis. t futuris anxiū. superbientem inter miserias suas. Et fragilitatis sibi conscium vilissimis vermib⁹ imparē. vite brevis. etatis ambigue. vati inevitabilis. ac mille generibus mortis expositū. Omitto q̄ ita cōpacti sumus vt ocio tabescam⁹. labore frangamur. crapula opprimimur. Inedia extenuemur. Et q̄cunq̄ a medio recedentes ad aliquod extremū vertamur. dissoluta tempie non parū ledimur Per singula momenta tempoz aī celo vertimur. t veramur fortune ludibrio sumus. Que summa infimis. yma summis mutare gaudet Ita p oēm vite cursum angustiaz labor. et cūnaz. insidiarū plena oīa occurrūt. Si tamē arma charitatis. t scutū fidei sumpserim⁹ Mors si ad alteri⁹ vite p̄parationem actiōes nostras instituerimus. quantacunq̄ ea sint que occurrunt superabimus. Mors q̄z oīm dolor solutio ē vltra q̄z mala nostra non exeūt. que nos in illaz tranquillitatē. in qua anteq̄z nasceremur. iacuimus reponit. Mors q̄dem bene pureq̄ mortēt⁹ vita est. Hinc. t dissolui cupiūt (q̄ bene vixerint) t esse cū christo. vt bene acte vite p̄miū p̄sequantur lūmen eternū. t pfecto mors vite. que neq̄ dolorib⁹. neq̄ metu neq̄ invidie. neq̄ erūmnis vlli⁹ subiecta est. neq̄ ipi q̄z morti q̄q̄z obnoxia. Et si altius aliquanto repetamus. inueniemus mortē nihil aliud esse. quā peccandi finem. Nam cū Adam cōtra mandatū dei inflagitiū lapsus esset. ne viuendo culpa reuiui sceret. t in peccato persisteret. eius corpus e terra factū. terre de⁹ reddidit. nō vt creature quaz fecerat. sed vt p̄cō q̄d creatura ipa cōmiserat. finē imponeret. Deus igit t principiuz t finis. Cum is vult nascimur. Cum vult etiam morimur. Et sunt hec quidē p̄sus diuinitatis eius. Nihil ad nos ptinentia. Illud vero tantūmodo nostro relict arbitrio vt bene recteq̄ viuēdo bonū nanciscaremur finē. Hoc itaq̄ q̄ vnū nostruz est. id est q̄ in xpo dño nostro moliamur summa ope adniti debem⁹. Quod qui faciunt nō plane moriunt̄ ß trāseūt a corruptōe ad incorruptōz. a mortalitate ad immortalitatē. a pturbationibus ad tranquillitatem. Nō absurde fortassis quidam existimarunt mortem vero non modo malum non esse. sed bonorum omnium

Mors olim terribilis esse

Mors enim dolor solutio est

marimū. Verum enimuero quoniā neq; enarratōis diem. neq; horam nobis scire datū est. Per q̄s salutare fuerit. prepatos nos esse cū deo sentientes. ⁊ mandatis eius obsequētes. nec diem differre tutū est. sed insipiēter factū potiꝰ existimare. Plerosq; em vidimus summa corpis incolumitate. viribus integris nihil tale metuentes. morte repente interceptos. Contra nonnullos vsq; ad medicorum desperationē redactos conualuisse. Cum hec igit̄ omnia in dei tantuz potestate sint. nihil nobis reliquū videt̄. Nisi vt cum deo bene sentientes eius preceptis vt p̄ missimus tum in omni vita. tum in vite termino matime obediamus. Credimus firme omnes q̄ deus hominem fecit ad imaginē sui. Quid nobis facilius potest̄ accidere. quam dimittere luteum corpus viciorum sarcinam ⁊ ad eum euolantes redire. Qui nos non dedignatus est ad similitudinem sui facere. Quo spiritus diuino ipsius spiritu repletus diuinitatis particeps. ⁊ felicitatis eius agat eum perpetuo inter angelos ⁊ sanctorum choros.

MOrte nihil melius. vita nil peius inīq
O ꝓma mors hominum. reḡes eterna laborum
Tu senile iugum domino volente relaxas
Vinctorumq; graues adimis cervice cathenas
Exiliumq; leuas. ⁊ carceris hostia frangis
Eripis indignis. iusti bona partibus equans
Atq; immota manes. nulla exorabilis arte
A primo prefixa die. tu cuncta quieto
Ferre iubes animo. promisso fine laborum
Te sine supplicium. vita est carcer perennis

QVam fragilis sit vita hominum. q̄z plena malorum
Quā huius. ⁊ miſa. voluite mēte cineſ
Cū regina. nec comites possint depellere mortē
Ne immensū numer⁹. nec numerus senū
Ergo omnes iuuenes pueri eūctiq; senesq;
Conspiciant. omnis me tua cē homo
Precipue q̄ me quondam videre potentem
Quos mors dira suo prosequit̄ gladio
Quid mihi diuitie. q̄d opes. q̄d gloria mundi
Profuerint. nunc sum conscius ipse mihi
Quid iuuat argenti atq; auri tenuisse talenta
Quid tenuisse agros. amplaq; regna mihi
Tam cuncta hec regio metuebat nomina nr̄a
Horebat famam imperiūq; meum
Nunc lapidis seruus nunc metuet improba Tellus
Nunc bellum indicunt angues vermesq; meumq;
Dilacerant corp⁹ ossaq; lecta iacent
Quauis diuitis fuerit mihi magna potestas
Vt mea sit priscis cōperanda bonis
Non tamē his copijs potuit vita mea tueri
Quin mors eriperet meaq; priuaret eis
Defleat hunc casum ciuis ois oīsq; priuatus
Dent lacrimas cuncti dent gemitusq; simul
Hanc inopes timeant diuites iuuenesq; senesq;
Matres atq; viri cuncta creata tremant
Ergo oēs quicunq; legent hec cramina nostra
Non dubitāt iam iam talia facta sequi
Itaq; te exhortor elegos q̄ legeris istos
Vt mors sit cordi consociata tuo

De extremo iudicio ac fine mundi

DIspositōe summi dei sic ordinatū est vt iniustū hoc scīm decursō tpm spacio terminū sumat. Extinctaq; protinus oi malicia. ⁊ pietatis ad btām vitā reuocatis. q̄etū trāquillū q; pacificū. aureū deniq; vt poete vocāt seculū ꝺo ipo regnāte floreſcat Impletis igit̄ tpib⁹ q̄ deꝰ mortui statuit terminabit̄ ipa mors. Et q; tpalē vitā. tpalis mors sequitur. Consequens etenim est. vt etiam re-

Ultima etas mundi

surgant anime ad vitam pennez. q finē mors temp alis accipit. Rursus sicut vita animi sempiterna est. in qua diuinos t inuiolabiles immortalitatis suc fructꝰ capit. Ita mors eiꝰ ppetua sit necesse est in qua pennas penas t infinita tormenta p peccatis pendit. Propinquāte vero huius termino seculi. pdigia mirāda p oīa elementa mūdi fient. Quibꝰ imminēs exitus vniuersis gentibꝰ intelligat. Diuus q; Hieronimus ex annalibꝰ hebreoꝝ signa quindecim dierum ante diem iudicij refert. an vero continui sint vel interpollati. non exp̄ssit. Prima die eriget se mare cubitis q̄draginta. sup altitudinem montiū. stans in loco suo quasi mūrꝰ. Secundo tantū descendet vt vix possit videri. Tertio marine belue appentes sup mare dabunt rugitus vsq; ad celum. Quarto ardebit mare t aque. Quinto herbe t arbores dabūt rorem sanguineū. Sexto ruēt edificia. Septimo petre ad inuicem collident. Octauo fiet generalis terre motus. Nono equabit terra. Decimo exibūt homines de cauernis. t ibunt velut amentes. nec poterūt mutuo loq̄. Vndecimo surgent ossa mortuoꝝ. t stabunt sup sepulchra. Duodecimo cadent stelle. Tertiodecimo morientur viuentes. vt cum mortuis resurgant. Quartodecimo ardebit celum t terra. Quintodecimo fiet celū nouū. t noua terra. t resurgent oēs. Aperient igit inferi t resurgent mortui. de q̄bus iudiciū magnū ipse rex t deus fecit. Cū dies iste finem fatalem accepit t mortales ad iudiciuz immortalis dei venerūt. Veniet igit summi dei filius vt viuos t mortuos iudicet. Appebit aūt dñs in aere supra locū vnde ascendit. Instrumenta quoq; mortis veluti triumphi vexilla. crux. claui. lancea. Videbunt quoq; eius cicatrices quinq; vulnerū. Ac in valle Josaphat oīs homo iudicabit. Sed cum mundi t mortaliuz venerit iudiciū. quod deus ipse faciet iudicans pios simul t impios. Tunc demū impios quidem in ignem t tenebras mittet. Qui autez pietatem tenuerunt iterum viuent spū dei. dante honorē simul t vitā. Quod non modo pphete futurū esse ex dei spū. verum etiam vates et philosophi vt hidaspes ex instinctu demonuz cecinerūt. Nemo aūt querat quēadmodū fieri possit. Nec cū diuinoꝝ operum potest reddi ratio. Sed si a principio deus hominē nescio q̄ inenerabili modo instituit. Credamus ab eo restitui veterem posse qui nouū fecit. Sed infideles clamant t dicunt. Quomodo potest caro putrefacta cum dissolui. aut in pulueꝛe reuerti. Maris etiā interdū pfundo sorbet. fructibusq; dispergit. colligi rursum t reintegrari in vnū corpus. Et ex aīa eadem homis opari Ad quos responsionē ex sermonibꝰ Pauli faciamus dicentis. Insipiens tu quod seminas non viuificat. nisi prius moriat. t qđ seminas futurū est. Semines sed nudū granū tritici aut alicuius ceteroꝝ seminū deus aūt dat ei corpus put vult. Quod cūt in seminibus que in terraz tacis per annos singulos fieri vides. hoc in tua carne que lege dei seminat in terra futuruz esse non credis. Cur queso tam angustꝰ t invalidꝰ divine potentie estimator es. vt dispersum vniuscuiusq; carnis pulueꝛem in suā rōnem colligi t reparari posse non credas. An non censeas cū videas q etiā mortale ingeniū demersas in profundum terre metalloꝝ venas rimat. Et artificis oculis aurū videt. in quo impitus terraz putat. Et cum auri esse ppriam venā. t argenti aliā. Eriq; longe disparem. Ferri atq; plumbi diuersam. Intra speciem terre iacere mortale deprehendat ingenium divina virtus inuenire posse ac discernere non putabit vniuscuiusq; carnis ppriuz sensuz etiā si videat dispersus Sed ad hec temptemus aīas que intellectu deficiūt naturalibus rationibus adiuuare. Si q̄s semina diuersa in manu sua pmiserat. t hec iudiscere seminat. vel passim spargat in terram. nonne vniuscuiusq; seminis granū. quocūq; loci iactū fuerit competenti tempore p̄m nature sue speciem gumen producet. vt statuz sue formeq; corporis reparet. Ita ergo vniuscuiusq; carnis substantia q̄ vis varie diuersaq; dispersa sit. ratio tamen ipsa que inest vnicuiq; carni est immortalis. quia immortalis aīe caro est. Ideo tempe quo seminātis in terrā p̄mo veri dei voluntati arrisit. collectum vero terre atractumq; substantie sensum reddit ac reparat in illam speciem. quam mors aliquando dissoluerat. Et ita fit vnicuiq; anime vt nō ad confusum t extraneum corpus sed ad suum q̄d habuerat reparetur. Consequenter potest pro agonibus presentis vite. cum anima sua caro vel pudica coronari. vel impudica puniri. Nō autem renascentur. sed resurgent. Et ideo corpibus induentur. Et prioris vite facinuumq; omnium memores erunt. Et in bonis celi sub9 collocati ac fruentes iocunditate immemorabiliuz copiaruū. presenti deo gratias agent. q malum omne deleuerit. q̄q; eos in regnum vitamq; p-

petuam suscitarit. Hec sunt que a prophetis futura dicuntur. Quorum testimonia ponere nō opus est. Cum tantam rerum multitudinem mensura libri non caperet. Qui hec diligentius voluerit scire. Et ipsō fonte hauriat. ⁊ plura q̄z nos in hijs libris compleri simus admirabilia requirat. Postq̄z tandem fuit terre mortalium confusio. Et ipse omnipotens. cum venerit in solio iudicare omnes animas ⁊ mundū omnem. Eodem tempore fiet publica omniū resurrectio. Eritq̄z corpus quod resurget a mortuis incorruptibile ⁊ immortale. non solum iustorum sed etiā peccatorum: Justorum quidem vt semper possint permanere cum christo peccatorum vero vt absq̄z interitione sua debitas luant penas. postremo iustus iudex perpetuitatem glorie iustis donabit. Impijs vero plenitudinē cōfusionis ⁊ penas ministrabit Quorum corpora permanebunt in eternum. vt sufficere possint cruciatibus ⁊ igni sempiterno. Cuius natura diuersa est ab hoc nostro. quo ad vite necessaria vtimur Qui nisi alicuius materie fomite alatur extingnitur. At ille diuinus pspicuus semper viuit ⁊ viget sine vllis alimentis. ac sibijpse eternum pabulum ministrabit. ac sensum doloris afficiet. Quanta autem felicitas existimanda est. iustis ac pijs subtractis hijs labibus terre. proficisci ad illum equissimum iudicem parentemq̄z indulgentissimum qui pro laboribus requiem. pro morte vitam. pro tenebris claritatem. pro terrenis ac brevibus bonis. eterna ⁊ celestia largiatur. Vniuersos igitur oportet operam dare vt se vel q̄z primum ad rectam viam dirigant. vel susceptis operatisq̄z virtutibus. huius vite laboribus patienter eractis. consolatorem deum habere mereantur Pater enim noster ac dominus qui cōdidit firmauitq̄z celum. qui solem cum ceteris sideribus illuxit. Qui libratāq̄z magnitudinē sua terram vallauit montibus. mare circumdedit amnibusq̄z distinxit. Et quicquid est in hoc opere mundi conflauit. ac perfecit e nihilo. perspectis erroribus hominum. ducem misit qui nobis iusticie viam panderet. Hunc sequamur oēs. hunc audiamus. huic devotissime pareamus Congrediamur cum hoste quem nouimus fortiter vt victores. ac devicto aduersario triumphantes premium virtutis quod ipe promisit a deo consequamur ⁊ in altissimum celum relicto stellato per illam immensam portā instar iris ingrediamur. vbi vbs illa beatorū ciuitatq̄z dei. mater nostra hierusalem in medijs celi campis apparebit. Hec vbs vt verba Johannis in apocalipsi sonant. in se dei ⁊ lumen eius simili lapide precioso habet. Cuius murus magnus ⁊ altus. habens portas duodecim ⁊ nomina scripta duodecim tribuum filiorum israhel. quaternis lateribus prout sunt partes mundi. Murus ciuitatis que quadrata est habet fundamenta duodecim ⁊ in ipsis nomina duodecim apostolorum fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. In enarrabili igitur gaudio perfundimur. cum in patriam veram remigabimus. Ex qua oriūdi immo in qua orti sumus ex meliore multoq̄z prestantiori nostri parte. Quantopere post longum erumnosum periculosum exilium eas regiones atq̄z illa loca plena magnificentie. ⁊ adventu nostro gratulantia videntes exultabimus. Deprecemur igitur. vt nobis ⁊ omnibus qui hoc audiunt. Concedat dominus. fide quā suscepimus cursu custodita. cursu cōsummato. ex pectare iusticie repositam coronam. ⁊ inuenire inter eos. qui resurgunt in vitam eternam. liberari vero a confusione ⁊ supplicio eterno per christum dominum nostrum. per quez est deo patri omnipotenti. cum spiritu sancto gloria ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

COmpleto in famosissima Nurembergensi vrbe Operi de hystorijs eratū mūdi. ac descriptione vrbium. felix imponitur finis. Collectum brevi tempore Auxilio doctoris Hartmanni Schedel. qua fieri potuit diligentia. Anno christi Millesimo quadringentesimononagesimotertio. die quarto mensis iunij. ⁊c

Deo igitur optimo. sint laudes infinite in scla seculorū. Amen.

De Sarmacia regione Europe



De regno polonie et initio eius

